

Copyright information

Curtius, Ernst, 1814-1896.

Commentatio de portubus Athenarum : quam / publice defendet Ernestus Curtius
Halis : ex officina Heynemanni, [1842]

ICLASS Tract Volumes T.55.3

For the Stavros Niarchos Digital Library Euclid collection, [click here](#).



This work is licensed under a [Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Unported License](#).

This book has been made available as part of the Stavros Niarchos Foundation Digital Library collection. It was digitised by UCL Creative Media Services and is copyright UCL. It has been kindly provided by the [Institute of Classical Studies Library and Joint Library of the Hellenic and Roman Societies](#), where it may be consulted.

Higher quality archival images of this book may be available. For permission to reuse this material, for further information about these items and UCL's Special Collections, and for requests to access books, manuscripts and archives held by UCL Special Collections, please contact [UCL Library Services Special Collections](#).


Further information on photographic orders and image reproduction is available [here](#).



With thanks to the Stavros Niarchos Foundation.



UCL Library Services
Gower Street, London WC1E 6BT
Tel: +44 (0) 20 7679 2000
ucl.ac.uk/niarchoslibrary



3

THE SOCIETY FOR
THE PROMOTION OF
HELLENIC STUDIES

ERNESTI CURTII


PH. DOCTORIS

INSTITUTI ARCHAEOLOGICI, QUOD ROMAE EST, SOCII CORR.

DE PORTUBUS ATHENARUM

COMMENTATIO.

ADDITA EST TABULA GEOGRAPHICA.



HALIS, 1842.

EDUARD HEYNEMANN.

ARTHUR DUNN

Ph.D.

INSTITUTUM ARCHAEOLOGICUM, QUOD ROMA EST, SOCIUS

DE PORTIBUS ATHENARUM

COMMENTATIO

AVTHORIS

PHILIPPO WILHELMO WILHELMO

PHILIPPO WILHELMO WILHELMO

ADITA EST TABULA GEOGRAPHICA

HAERL., 1882.

EDUARD. HEYERMAN

CLARISS

M.

ANT. LIT

F

V I R O
CLARISSIMO, DOCTISSIMO, HUMANISSIMO

M. H. ED. MEIERO

PHIL. ET JUR. U. DOCTORI

ANT. LITT. ET ELOQUENTIAE IN UNIVERSITATE

FRIDERICIANA GEMINA P. P. O.

HANC DISSERTATIONEM

D. D. D.

M. H. R. D. M. H. R. O.

AUCTOR.

Consider
pographia
lata, pecu
ctis offerr
portubus
quae ab al
posita vid
rer. Quan
kuis V. C.
et fundator
quin ex ul
sequitur,
Jamdudum
Piraei litt
eram, de M
clarius sit,
in ejus loc
de re jam a
ras dedi, q
jam in eo e
nigne respo

Praefatio.

Consideranti mihi, quem potissimum locum topographiae Graecae, hac scribendi occasione oblata, peculiari disputatione illustratum, Viris Doctis offerrem, nihil aptius visum est, quam si de portubus Athenarum ita scribere instituerem, ut quae ab aliis aut praetermissa aut minus recte exposita viderem, explicare atque corrigere conarer. Quamquam enim de universis his studiis Leakius V. C. tam egregie meruit, ut eorum auctor et fundator suo jure dicatur, tamen fieri nequit, quin ex uberrima messi ei, qui vestigia messoris sequitur, satis magnum spicilegium relinquatur. Jamdudum autem, postquam mihi contigit, ut Piraei littora ipsis oculis perlustrarem, miratus eram, de Munychia arce, qua fere nihil in Attica clarius sit, parum exploratum esse; immo falsam in ejus locum suppositam, hoc nomine ferri. Qua de re jam ante hos duos annos ad Muellerum litteras dedi, qui qua erat erga me humanitate, quum jam in eo esset, ut iter fatale aggrederetur, et benigne respondit et quae scripseram, pleraque pro-

bavit. Paucis mensibus post cum ipso in Munychia constiti, unde insulas terrasque, diuturna quadam familiaritate cum eo conjunctissimas, laete prospiciebat. Sic factum est, ut has quaestiones nunc tractanti mihi ille vir immortalis memoriae, quem praematurum in academiam extulimus, semper ante animum obversaretur.

De portubus Athenarum hanc disputationem inscribens, valde vereor, ne majus quid lecturis polliceri videar, quam praestiti. Tantum enim abest, ut portuum descriptionem perfectam quasi et absolutam putem, ut tantum aliquot quaestiones hujus generis movisse mihi videar. Quare lecturos verbis Aristophaneis, quae alii viri ingenio ac doctrina longe superiores libris suis praepone non dubitaverunt, etiam atque etiam rogatos volo:

μηδὲν πάρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα.

Tabula geographica, quam annexi, debetur Eduardo Schaubert V. C. qui apud regem Graeciae publicis operibus exstruendis praeest, amico suavissimo, alteri Piraei Hippodamo.

Dis

Paucis praemi
Inferioris pla
Piraeus penin
Nomen Piraei
Ipsius peninsu
Strabonis locu
De subterrane
Ceteri scripto
Minyae Muny
De sacris Mun
De portubus v
Piraei ostium
De tribus por
De leone Pira
Interiores Pira
Phaleri munim
Hippodamus T
Excursus ad T
Titulus Atticu
Explicatio tab

Disputationis argumenta sunt haec.

Paucis praemissis de Athenarum situ	pag. 1
Inferioris planitiei natura describitur	— 4
Piraeus peninsula, quondam insula	— 5
Nomen Piraei, antiquam locorum naturam significans	— 7
Ipsius peninsulae forma	— 10
Strabonis locus explicatur de situ Munychiae	— 11
De subterraneo Munychiae perfugio	— 14
Ceteri scriptores de eadem Munychia consentiunt	— 16
Minyae Munychiae incolae	— 19
De sacris Munychiis	— 24
De portibus veterum	— 29
Piraei ostium	— 31
De tribus portibus clausis	— 32
De leone Piraeensi	— 33
Interiores Piraei partes quo ordine ponendae sint.	
<i>κωφὸς λ.</i>	— 34
Phaleri munimenta	— 39
Hippodamus Themistoclis aequalis	— 40
Excursus ad Thucyd. I, 93	— 44
Titulus Atticus	— 46
Explicatio tabulae geographicae	— 50

Disputatio de argumentis sunt iure

1	De iure naturali et gentium
2	De iure civili
3	De iure publico
4	De iure politico
5	De iure militari
6	De iure medicorum
7	De iure veterinario
8	De iure veterinario
9	De iure veterinario
10	De iure veterinario
11	De iure veterinario
12	De iure veterinario
13	De iure veterinario
14	De iure veterinario
15	De iure veterinario
16	De iure veterinario
17	De iure veterinario
18	De iure veterinario
19	De iure veterinario
20	De iure veterinario
21	De iure veterinario
22	De iure veterinario
23	De iure veterinario
24	De iure veterinario
25	De iure veterinario
26	De iure veterinario
27	De iure veterinario
28	De iure veterinario
29	De iure veterinario
30	De iure veterinario
31	De iure veterinario
32	De iure veterinario
33	De iure veterinario
34	De iure veterinario
35	De iure veterinario
36	De iure veterinario
37	De iure veterinario
38	De iure veterinario
39	De iure veterinario
40	De iure veterinario
41	De iure veterinario
42	De iure veterinario
43	De iure veterinario
44	De iure veterinario
45	De iure veterinario
46	De iure veterinario
47	De iure veterinario
48	De iure veterinario
49	De iure veterinario
50	De iure veterinario

Priusquam
 planitiem Ath
 appellatur,
 num erit; qu
 juncti sint, p
 tur. Haec
 jugis septa,
 est altissimus
 gunt, frigora
 line advenient
 culmina inter
 lessus et Hy
 cent, Boreae
 ritimis, quae
 runt calorem,
 aut mesogaea
 singularem qu
 persentiscas.
 ut diutinis niv
 et rivos ad
 struendas et d

1) Quare qu
 stas serena instar
 ibidem Pythaistae
 Delphos mittenda
 IX. p. 404.
 2) Athenas
 se docent verba
 ἀλογ δὲ τίς πω το
 que deficere queri

Priusquam ad ipsos portus describendos accedamus, planitiem Athenarum, quae proprio nomine τὸ πεδίον appellabatur, paucis describere, a proposito non alienum erit; quomodo enim portus cum tota planitie conjuncti sint, praemissa illa descriptione, melius intelligetur. Haec igitur Atticae pars, a tribus regionibus jugis septa, meridiem versus late patet. Parnes, qui est altissimus eorum montium, qui hanc partem tangunt, frigora et imbres Boeotiae defendit nubesque illinc advenientes retinet; unde vel aestivo tempore ejus culmina interdum vaporibus intexta videre licet ¹⁾. Brillessus et Hymettus Vulturum et Eurum Athenis arcent, Boreae aemulos. Sed suavissimis illis auris maritimis, quae per aestatem frigus, per hiemem afferunt calorem, nihil obstat; quo fit, ut ex ipsa diacria aut mesogaea veniens, simul campum illum intraveris, singularem quandam coeli serenitatem et suavitatem persentiscas. Adde quod montes illi non tam alti sunt, ut diutinis nivibus aerem nimis refrigerent, quod omnes et rivos ad irrigandos campos et materiem ad extruendas et domus et naves aptissimam suppeditant ²⁾;

1) Quare quando super solum Parnethem fulgurabat, tempestas serena instare dicebatur. cf. Theophr. de signis p. 787 Schn.; ibidem Pythaistae fulgura contemplabantur, unde tempus theoriae Delphos mittendae definirent ὅποτε δι' Ἄρματος ἀστράπη Strabo IX. p. 404.

2) Athenas non semper, ut nunc, arboribus destitutas fuisse docent verba comici p. ap. Dion. Chrys. LXIV. p. 334 R. ἄλογον δὲ τίς πω τοιαύτ' ἔσχ' ἄλλη πόλις. Montium silvas magis magisque deficere queritur Plato (Critias III. c).

unus autem Brilessus pretiosissimi marmoris venas uberimas; quod denique iis, qui confinia incolunt, alios aditus praebent nullos, nisi qui minima opera intercludi possint. Ab occasu enim e campo Eleusinio duo patent aditus; alter, qua via sacra Poecilum montem superat, in summis viae angustiis prope Veneris Philae sacellum castello erat obstructus ¹⁾; alter inter Aegaleum montem Parnethisque radices longo muro interclusus, Acharnensium fortasse munimento ²⁾, quorum pagus proxime abest. In Boeotiam migraturis Parnes mons duas offert quasi portas; Thebas enim si quis brevissimo itinere contendit, per angustias Phylae castello munitas via datur; sin Oropum ³⁾, Declea transeunda est. In tetrapolin Doricam atque diacriam ituris altera via per Cephisiam patet, molestior illa atque impedita; alteram ab orientali Brilessi parte, qua Persae haud dubie, si Marathone vicissent, Athenas adituri erant, Pallene antiquitus tuebatur. A Mesogaea denique separat Athenienses Hymettus mons, praeruptus ipse atque invius; quare aut a septentrione per Pallenen aut a meridie circumeundus est, qua parte inter Anydrum montem et extremos colles in Zostera promontorium excurrentes angustus transitus ⁴⁾ datur. Planities ipsa his jugis defensa atque munita, duobus rivis irrigata, ad colenda optima quaeque frugum ar-

1) *Ἀφροδίτης ναὸς καὶ πρὸ αὐτοῦ τεῖχος ἀργῶν λίθων* Paus. locus et templi et castelli rudibus conspicuus est; repperi illic capitulum Doricum marmoreum optimae artis; titulos saxo incisos v. B. C. I. Gr. 507 — 9. cf. Leak. de pagis Att. p. 143. ed. W.

2) Quippe quod rudius exstructum sit, quam quod publicis sumptibus susceptum esse videatur cf. L. I. I. p. 36. Nunc τὸ δέμα Acharnensibus dicitur, tanquam duos montes conjungens.

3) De viis Oropum ducentibus accuratissime egit Finlay Scotus Remarks on the topography of Oropia and Diacria. Athenis 838.

4) Fortasse in pago Chollidarum propter Archedemi antrum haud procul distans. De Archedemo Theraeo cf. quae scripsi in bullet. inst. archaeol. Rom. 1841. L. I. I. 50. C. I. Gr. 456.

borumque ge
tatem, tamen
ptores ¹⁾.

Capitale
moto aliquo a
cinitate conde
de omnia la
videntur, qu
tuto inhabitan
dia urbe pon
quaedam coll
Nympharum
bettus mons,
duo cacumine
aditu praeclar
ita ad arcem
tur, et fabula
deae, novum
disse narrat ²⁾
Athenarum ar
tum complecte
ridie urbem m
neque quidqua
sulas, littora
ves et salubre
Littora autem
ut certi terrae
ut tractus ille,

1) Xen. de
2) Hunc r
recte miratur Mu
men murorum ves
ita alienum videt
Σικελίων.
3) Ant. Ca
4) Pl. Critia
lam Athenis data

borumque genera aptissima est, quarum si non ubertatem, tamen bonitatem uno ore laudant veteres scriptores ¹⁾.

Capitalem autem hujus regionis urbem ne in remoto aliquo angulo et recessu, neve in nimia maris vicinitate condere cogerentur, in media fere planitie, unde omnia late prospiciuntur, colles natura constituti videntur, quibus homines ad urbem commode atque tuto inhabitandam uterentur; arx cum areopago in media urbe ponenda, quibuscum meridiem versus altera quaedam collium series connexa est, Museum, Pnyx, Nympharum collis qui dicitur. Ab ortu instat Lycabettus mons, e regione arcis leni ascensu surgens, arduo cacumine velut specula Athenis imminens, ex omni aditu praeclarus ad adspectum ²⁾; cujus quum radices ita ad arcem tendant, ut cum ea coalescere velle videantur, et fabula illa orta est, quae Lycabettum manibus deae, novum quoddam arcis praesidium allaturae, excidisse narrat ³⁾ et Platonis descriptio, qui antiquarum Athenarum arcem tantam fuisse perhibet, ut Lycabettum complecteretur. Jamque a collibus illis, qui a meridie urbem muniunt, mare versus omnia declivia sunt neque quidquam invenitur, quod aut oculis mare, insulas, littora Argolidis prospicientibus officiat aut suaves et salubres maris afflatus ab Atheniensibus arceat. Littora autem ipsa maximam partem tam humilia sunt, ut certi terrae marisque fines non reperiantur; quo fit, ut tractus ille, qui interdum fluctibus tegitur, quando

1) Xen. de vect. init.

2) Hunc montem extra moenia Athenarum relictum esse recte miratur Muellerus de munim. Athen. p. 16. Sub ipsius culmen murorum vestigia adsunt, quamvis tenuia. Mihi quidem non ita alienum videtur Siceliae nomen huc revocare cf. Suidas s. v. Σικελίων.

3) Ant. Caryst. XII.

4) Pl. Critias p. 112 A cf. Forchhammeri ad Muell. epistolam Athenis datam 833.

mare resederit, uberrimas praebeat salinas. Quae litoris natura, si continua eadem esset, portuum locus fuisset nullus; portus enim Graeciae, cui majora fluminum ostia, navibus recipiendis apta, omnino desunt, non nisi promontoriis maritimis efficiuntur.

Itaque divina quadam providentia factum est, ut in ipso littore mons surgat, qui quum non cohaereat cum ullo Atticae jugo, hoc ipso consilio continenti affixus esse videtur, ut Athenienses ad res maritimas evocentur. Quum enim a septentrione difficilem et acclivem habeat ascensum, radicibus in mare procurrit ac, peninsula longe porrecta, tres efficit portus veterum usui aptissimos, ipsoque montis, qui supereminet, cacumine tutissimos; quorum portuum minimus proxime ab urbe distat, in quo tanquam tirociniis rerum navalium positus, ad majores illos, qui adjacent, utendos procederent Athenienses.

Jamque accuratius locorum naturam respicientes, terram abscissis illis collibus a septentrione subjacentem, ab intima Piraei parte, quam Leakius Cantharum vocavit, usque ad sinum Phalericum omnem palustrem atque uliginosam esse videmus; ita ut vel his diebus tantum summa industria, quam in elicibus fodiendis posuerunt, id assecuti sint, ne paludum exhalationes Piraeum inhabitabilem reddant. Aquae enim ex superioribus partibus decurrentes, quum propter locorum planitiem mare assequi nequeant, stagnando aërem inficiunt; sicut rivuli, qui ex Aegaleo monte occidentalem Piraei partem petunt. Non longe distat Cephisus, cursum magis ad ortum flectens, qui postquam moeniorum brachia superavit, siccus esse solet; quas enim aquas ab irrigatis olivetis et pomariis reliquas habuit, stagnando perdit. Neque magis Ilisso contingit, ut per illa loca aquarum venulas usquam ad mare perducat. In hac locorum natura non mirum videbitur, quod Cimoni, quum moenia per inferiorem campum deductu-

rus esset,
constringend
pimus ¹⁾.

Quae q
veteres ²⁾ st

rejecturos ess

lam, quae c

separetur, fr

lamque fuisse

etiam ipsa te

grandibus co

constituerit ⁴⁾

voluit, in Pira

si non continu

haud raro ita

continente jun

stantia, quum

sensim in tra

et continentem

turalis efficiat

πόντου γέφυρα

geum in omni

gisque recessi

ctam esse app

huic mutationi

dereliquit, riv

1) Plut. v
ἐλῶν νεοθέρτων.

2) Testibu

3) Soph. A
tumvis se comm

4) Strabo p

5) Quinque
igitur censet Euri
separavisset.

rus esset, multa chalice gravibusque saxis et paludes constringendas et fundamenta jacienda fuisse accepimus ¹⁾.

Quae quum ita sint, facile conjicias, id quod et veteres ²⁾ statuerunt neque hujus aetatis geographos rejecturos esse suspicor, totam illam saxosam peninsulam, quae etiamnunc palustri tractu a reliquo campo separatur, freto olim ab Atheniensibus sejunctam insulamque fuisse Salamini ἀγγιάλω ³⁾ simillimam, quae etiam ipsa terram tam prope adjacet, ut Xerxes, quum grandibus consiliis tumeret, euripum aggere jungere constituerit ⁴⁾. Quod magnus rex in Salamine facere voluit, in Piraeo perfecit ipsa natura. Promontoria enim, si non continuis jugis, in mare excurrentibus, efficiuntur, haud raro ita conformantur, ut insulae scopulive cum continente jungantur; namque saxa prope a littore distantia, quum undarum impetum frangant, faciunt, ut sensim in tranquilliori maris parte, quae inter insulam et continentem est, humus resideat et quidam pons naturalis efficiatur (γέφυρα ποντιάς Pind. Isthm. III. 38. πόντου γέφυρα Nem. VI. 40.). Adde quod mare Aegeum in omnibus fere littoribus, quae alluit, magis magisque recessit restrictoque freto isthmi latitudinem auctam esse apparet; quam solam causam Plinius l. l. huic mutationi subesse judicat ⁵⁾. Quod autem soli mare dereliquit, rivi et imbres humi alluvie texerunt; quo fit,

1) Plut. v. Cim. XIII. χάλικι πολλῇ καὶ λίθοις βαρέσι τῶν ἐλῶν πιεσθέντων.

2) Testibus Strabone I. ep. 3.

Plinio H. N. II. 85.

Suida s. v. Ἐμβραρος.

3) Soph. Aiac. 135. haec enim lectio tuenda videtur, quantumvis se commendat, quod Bothius proposuit ἀγγιάλον.

4) Strabo p. 394.

5) Quinque mille passibus terram auctam esse dicit; tam latum igitur censet Euripum fuisse, qui olim Athenienses et Piraeenses separavisset.

ut et fontes dulces omnino desint huic tractui atque fruges vitesque propter sal, quod subest, minus laete proveniant.

Eodem pertinent aliquot harum regionum nomina, qualia sunt Echelidae ¹⁾, locus inter pagos Atticos non ignobilis, de cuius situ accuratius definiendo infra disseremus; *Ἀλμυρίδαι*, tractus maritimus, Piraeo vicinus (in titulo Chandl. ap. B. C. I. 103.); *Ἀλίπεδον*, quo nullum verbum melius locorum naturam significat cf. Harpocr. s. v. *τινὲς τὸν Πειραιᾶ φασὶν ἐστὶ δὲ κοινῶς τόπος, ὃς πάλαι μὲν ἦν θάλασσα, αὐθις δὲ πεδῖον ἐγένετο* cf. Suidas s. v. *Ἄλ.* Nunc quidem quo patuerit illud Halipedum, certis lineis circumscribere non possumus, quum ipsi veteres de hac re dubitasse videantur; neque vero dubium est, a Piraeo septentrionem et orientem versus pertinuisse ²⁾.

Illud denique observandum est, si quis horum locorum, quales nunc sunt, delineationem inspexerit, arte quoque multum factum esse, ut continente promotam marique restricto, et saluti accolarum prospiceretur et habitaturis spatium acquireretur. Quo genere quid veteres fecerint, non constat; nostra autem memoria tantum immutatum est, ut quae ante hos paucos annos navigantibus pervia erant loca, nunc emporii recens conditi plateis occupentur. Unde factum est, ut isthmo illo, qui Piraeum cum Attica conjungit, ab utraque parte aliquantum aucto, peninsularis forma minus luculenter sub oculos caderet. Exempla autem ejusdem mutationis, quam Piraeus subiit, sunt plurima. Apud Strabonem (I. p. 92 T.) de vicissitudinibus illis disse-

1) Etym. M. s. v. *Ἐχελος*: *Ἐχελίδαι ἀπὸ τοῦ κειμένου ἔλους τῷ τόπῳ.*

2) Leakius l. l. p. 27. Harpocratonis verba fere *αὐτολεξεί* reperies Bekk. Anecd. Gr. p. 376. Aliam verbi explicationem p. 208.

rentem Ph
insulis pen
rum Halica
dem modo S
lauria freto
ea connexa
autem in or
quam in iis,
tolicae cum e
pue insulam
factam, dem
tatum esse
diisse scimus
ep. 2.

Sed ill
raei nomine
veteres puta
νησιάζων πο
nominatus er
in terrarum
ut antiqua a
tur, quae ip
nomine solo

1) Quar
turam significat

2) Ipsa l

3) Ejusd
Hoff Gesch. d
rungen der Erd

4) Simil
quod olim vel
tolium trajicieb

rentem Pharus, Tyrus, Clazomenae ¹⁾ afferuntur ex insulis peninsulae factae. Antissam ²⁾ Lesbo, Zephyrum Halicarnaso adjunctas esse refert Plinius. Eodem modo Sphaeria insula, Pausaniae tempore a Calauria freto disjuncta, (II, 33, 1) nunc isthmo cum ea connexa est, unde insula Poros coaluit. Graeciae autem in orientalibus littoribus multo rarius accidit, quam in iis, quae mare Jonium alluit, ubi insulae Aetolicae cum continente conjunctae sunt ³⁾. Leucadiam denique insulam ex peninsula, Corinthiis interscindentibus, factam, denuo eadem *προσχώσει*, qua Piraeum immutatum esse diximus, in suam peninsularem formam rediisse scimus. cf. Strabo I. p. 93 T. Pl. II. N. IV. ep. 2.

De nomine Piraei.

Sed illud magis ad nos pertinet, quod ipso Piraei nomine naturam ejus atque originem significari veteres putabant, siquidem teste Strabone *ὁ Πειραιεύς νησιάζων πρότερον καὶ πέραν τῆς ἀπτῆς κείμενος* inde nominatus erat. cf. Suid. *Ἐμβραος*. Atque hoc quidem in terrarum urbiumque nominibus saepissime accidit, ut antiqua aliqua loci condicio atque natura iis innuatur, quae ipsa saepenumero adeo immutata est, ut ex nomine solo intelligatur ⁴⁾.

1) Quarum nomen a *ΚΑΛΑ* deducendum antiquam loci naturam significat.

2) Ipsa Lesbos antiquitus Issus audiebat Str. I. p. 74 T.

3) Ejusdem mutationis exempla quam plurima invenies apud Hoff Gesch. der durch Ueberlieferung nachgewiesenen Veränderungen der Erdoberfläche I. p. 265.

4) Similitudinis causa affero nomen Velabri inde dicti, quod olim velis usi fuisse dicuntur, qui a Palatino colle ad Capitolium trajiciebant auct. Varrone, cf. Buns. descr. Romae I. p. 133.

Verbum *Πειραιεύς* accuratius inspicientes sic desinere videmus, ut adjectiva solent, nationem hominis significantia. Simpliciorem formam habet Steph. Byz. s. v. *Πειραιῶς* — οὕτω ἐκαλεῖτο ὁ λιμὴν τῆς Ἀττικῆς· *Πειραιῶς* δὲ καὶ τὸ ἐθνικὸν· ὕστερον δὲ *Πειραιεύς*. Sed sic quoque adjectivi forma remansit, ut subintelligendus sit s. *τόπος* s. *δῆμος* s. *λιμὴν*. Exitum si ademeris, relinquitur *Πείρα* sive, ionismo exuto, *Πέρα*. Geminatam igitur terminationem reperimus sicut in *Βήσα Βησαεύς*, *Φαραὶ Φαραιεύς*, *Ἀμφιρόπη-αιεύς*, *Κρήτη-αιεύς*, *Κῶπαι-αιεύς*, in quibus omnibus ethnica in *εὺς* a possessivis in *αιός*, aut usu testatis aut ex analogia conformandis, repetita sunt ¹⁾. Ceterum in scribendis his nominibus gentiliciis magna est scripturae discrepantia; namque praeter pleniores formas nunquam litera *ι* supprimitur, etiam altero *ι* non subsequente; id quod more Aeolico fieri monet Eustathius p. 99, 8. Quomodo igitur *Ἡραεύς*, *Νικαεύς*, *Κυρναίθαεύς* dicebatur, eodem modo *Πειραιεύς*, quam formam Atticis receptam fuisse docent tituli sepulcrales C. I. Gr. 102. add. 749 c et d. 750, 51. Alteram formam tuentur t. 101. 103. 108. Apud Aristophanem breviorē praetulit Dindorfius

Ἐν Πειραιῇ δῆπον' στὶ Κανθάρου λιμὴν (Pax 115.).

A *πέρα* igitur (*ΠΕΡ* *πέρω* *πόρος*) optime deducitur portus nomen idemque valet, quasi Trajectum maris dicas, sicut alius aetatis oppida Trajectum Mosae, Rheni et quae sunt similia, nominaverunt. Eadem ratione Byzantinum suburbium, a reliqua urbe interjecto portu separatum, *Πέρα* dicitur, quod nescio an ex antiquitate traditum sit ²⁾. Peraeae nomen frequentissimum est,

1) cf. Lobeck paralip. I. p. 27. Phryn. p. 37.

2) *Πέραν* sic absolute dictum invenitur. e. g. τὰ *πέραν*, πολλῶν ὄντων *πέραν*. cf. Butt. de *πέρα*, *πέραν*, *πέραν* uberius exponentem Lexil. II. p. p. 25 sq. De suburbio Byzantino variis-

maxime i
sulas jacent
sed etiam
sita sic nu
thiae pars
ad Holmias
opposita est
mutato, πέρ
garensium t
nomen, qu
rinthiacus a
καταδιώζοι
lectionem qu
tur, dubito
minis prom
tribuunt ²⁾.
promontorio
pars, si unq
Eretriensibu
tanquam ἦ
in vulgarem
eyraeis cete
omnes recep

que ejus nomi
libr. IV. Lug

1) Idem
jacere dicuntur
plici Piraeo Co

2) Muell

3) Γραῖξ
Thucydideos re
po; contra Πέρ
Ann. I. p. 109.

maxime in iis continentis partibus, quae adversus insulas jacent, sicut in Caria et Syria (cf. Steph. Byz.); sed etiam Mitylenaeorum colonia circa Adramyttium sita sic nuncupabatur. Quae apud Stephanum Corinthiae pars Peraea dicitur, haud dubie ea est, quae ad Holmias promontorium porrecta, urbi Corinthiorum opposita est, illic fere, ubi nunc, nomine paullum immutato, *πέρα χώρα* oppidum est. De Piraeensibus Megarensium tribu cf. Muell. Dor. I. 89. Sed idem ipsum nomen, quod Attici emporii est, habebat portus Corinthiacus ad confinia Epidauri ¹⁾ Thuc. V. 10. 11. *καταδιώκουσιν εἰς Πειραιὸν τῆς Κορινθίας*; quam lectionem quum codd. et Thucydidis et Stephani tueantur, dubito num mutare liceat in *Σπείραιον*, cujus nominis promontorium Ptolemaeus et Plinius eidem littori tribuunt ²⁾. Namque alterum nomen portui, alterum promontorio optime convenit. Piraica denique Oropiae pars, si unquam fuit ³⁾, huc revocanda est. Certe ab Eretriensibus littus Oropiorum optime ita dici poterat tanquam *ἡ πέραν γῆ*; unde fieri potuit, ut hoc nomen in vulgarem usum transiret, sicut nomen Epiri a Coryraeis ceterisque insularibus inventum, postea apud omnes receptum est.

que ejus nominibus cf. P. Gyllii Constantinopoleos topographia libr. IV. Lugd. Bat. 1632. p. 412.

1) Idem puto, qui hodie *Σοφικὸν* dicitur, unde quae illi adjacere dicuntur insulae, prope absunt. Thuc. VIII. 11. De duplici Piraeo Corinth cf. Weisk. exc. ad Agesil. II. 13.

2) Muell. Dor. II. p. 431.

3) *Γραϊκὴν* (Thuc. II. 23.) ex Stephano contra omnes cod. Thucydideos receptum tuentur Goeller, Bloomfield, Haack., Poppo; contra *Πειραικὴν*, a Peyrone in ep. ad Schaeff. data in Jahn. Ann. I. p. 109. defensam, Arnold.

De situ Munychiae arcis.

Jam peninsula illa Piraica ipsa, quum e variis
iisque bene distinctis partibus constet, quod unicuique
nomen tribuendum sit, principalis hujus loci quaestio
est; quam quaestionem a pluribus V. D. tractatam, a
nemine perfectam et absolutam esse video. Jamque
primum omnes, qui haec legent, locorum velim, de
quibus disseremus, vivam quandam et accuratam ima-
ginem animo teneant; quem ad finem tabula portuum,
quam huic descriptioni addidimus, non mediocriter adju-
nabuntur. Hic vident montem illum, unde tota penin-
sula a continente incipit, tam abruptis collibus surgere,
ut ipsum montis caput proxime campo immineat. Idem
totius peninsulae culmen est, altitudinem habens fere
CCC pedum, ab omni parte arduum, sed maxime sep-
tentrionem versus, a parte maritima facilius ascensu;
in summo monte locus planus, quadratos pedes fe-
re DCC patens. Radices in mare excurrunt, brevio-
res ad Eurum, ubi portus Phalericus, praeruptis saxis
circumscriptus, subjacet; longiores ad occasum bruma-
lem, qua isthmus ille extenditur, unde Munychii por-
tus et Piraei fit divortium; isthmus autem ab utraque
parte adeo accrescit, ut alteram quandam peninsulam
faciat, qua porrecta, duo illi portus, ad dextram et ad
laevam adjacentes, ab alti maris undis defenduntur et
cum summa securitate clauduntur, Quae omnia si be-
ne perpenderit, cum quadam voluptate, quasi perfectum
aliquod artificis opus intuearis, hos locos aut ipsos, aut
si hoc non contigit, in tabula delineatos adspicies.

Locorum natura sic paucis illustrata, pergendum
est ad illud alterum, ut de nominibus quaeratur.
Ac de portibus quidem dubitari nequit. Quum enim
Piraeus sua forma et magnitudine, Phalerus eo,
quod ab urbe proxime distat, facile agnoscantur, eum,
qui medius est, Munychium esse evincitur. At de

collibus
stat. Nam
demonstravi
quin miretu
lerici nome
alterum aut
Munychiae
tratur; qua
bitatio in r
taciti ejus
veterum lo
qui quum
hibeat nequ
tus sit, cu
scriptoris v
— in his ip
Quum enim
exteriore il
ulla pars n
vuxia, inc
collis, qui
iis, quae s
esse nullam
quatum ess
ne possit q
git in des
vovos πο
οιζήσεως δέ
Quorum pr
bus et put

1) L
„In
stehn, der sich
erstreckt. De
r ä ischen Sa
insel.“

2) p.

collibus, quibus portus subjecti sunt, non aequè constat. Namque summum illum, quod regionis caput esse demonstravimus, suum nomen non habuisse quis est quin miretur? Quod enim Leakius ei tribuit collis Phalerici nomen ¹⁾, fictum est neque usquam legitur; illud alterum autem, quod in his locis longe clarissimum est, Munychiae nomen exteriori illi peninsulae deberi arbitratur; qua de re neque ipsi viro doctissimo ulla dubitatio in mentem venisse videtur neque ceteris, qui taciti ejus auctoritatem sequuti sunt. Sed in quibus veterum locis haec opinio innititur? In uno Strabonis, qui quum solus generalem portuum descriptionem exhibeat neque, quantum scio, a quoquam bene explicatus sit, cum summa diligentia examinandus est. En scriptoris verba: *λόφος ἐστὶν ἡ Μουνυχία χερσονησίζων* — in his ipsis verbis totius erroris causa atque origo latet. Quum enim peninsularis formae mentio fiat, tantum de exteriore illa chersoneso cogitatum est; neque profecto ulla pars magis peninsularis est. At Strabo non *Μουνυχία*, inquit *χερσόνησος*, sed *λόφος χερσονησίζων*, collis, qui peninsularem formam accedit. Atque illud ex iis, quae supra disputavimus, intelligitur, necessitatem esse nullam, cur Strabonem de exteriore peninsula loquutum esse arbitremur. Restat ut demonstretur, cur ne possit quidem de ea loquutus esse. Sic enim pergit in describenda Munychia: *καὶ κοῖλος καὶ ὑπόνομος πολὺ μέρος φύσει τε καὶ ἐπίτηδες, ὥστ' οἰκῆσεις δέχεσθαι, στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων*. Quorum priora ad peninsulam ita referuntur, ut canalibus et puteis in saxo passim infossis ad inhabitatio-

1) L. top. Ath. vers. Germ. p. 355.

„Unter dem Phalerischen Hügel ist derjenige zu verstehen, der sich vom Phalerischen Hafen bis zur Spitze des Piräischen erstreckt. Der Gipfel desselben, der grade über dem Piräischen Hafen liegt, ist der höchste Punkt der ganzen Halbinsel.“

2) p. 395.

nem accommodata esse dicatur; quae interpretatio docto iudici non probabitur; rectiorem, si diis placet, infra proponemus. Posteriora autem illa *στομίω κ.τ.λ.* novo subjecto intruso, ad portum referuntur, ut de angusto ejus introitu intelligenda sint; id quod, etiamsi cum grammatica ratione non pugnet, absurdum est, propterea quod Munychius portus pro sua magnitudine majorem, quam ceteri, aditum habet. Si vero, ut par est, omnia ad eandem Munychiam referuntur, quid sibi volunt illa *στομίω μικρῶ τὴν εἴσοδον ἔχων*? Fuerunt, qui verterent, „angusto isthmo a continente aditum praebens¹⁾,” at *στόμιον* nunquam idem est atque *αὐχὴν* sive *ἰσθμός*, sed fluminum, portuum, speluncarum, vasorum ostia significat; neque magis *εἴσοδος* de peninsula illa dici potest, ad quam satis latus aditus patet²⁾. Illa denique, quae sequuntur, *ὑποπίπτουσι δ' αὐτῷ λιμένες τρεῖς*, nullo modo de peninsula illa dici possunt, quam unus portus, Phalericus, ne tangit quidem. Itaque nisi Strabonem, qui haec loca haud dubie ipse invisit³⁾ summae in rebus gravissimis aut inscientiae aut negligentiae accusare velimus, alium collem quaerendum esse apparet, in quem, quae de Munychia traduntur, melius quadrent. Neque diu quaerendum est. Etenim ipse ille mons, quem, undecunque ad portus accesseris, in culmine peninsulae animadvertes ejusque arcem et capitolium recte dicas, turpi exuta *ἀνωρυμιά*, Munychiae nomen suo sibi jure vindicat.

1) Haec interpretatio Leakiana ex libro Anglico in vernaculam editionem irrepsit, a nemine impugnata; sic et ipsum Groskurdium, elegantem Strabonis interpretem, vertisse video: über eine kleine Landenge zugänglicher Hügel.

2) Isthmus DC vel DCC metr. Gall. latus est.

3) Videtur ille Cencreis Piraeum venisse atque inde, excursionem Athenas facta, oram Atticae meridionalem legens, Ceum et Gyarum insulas adiisse.

Nam
potest, per
leniter und
λόγον appe
supra monu
Haec denic
apte de ha
cunque aut
spiciens, c
summo col
vides, ut
autem ad h
ὑποπίπτου
ad definiem
atur.

At om
terpretatione
κ. τ. λ. Q
quam nisi
significatum
que tam na
capiat, sed
terpretandi

Sed, i
illud opus,
xisse? ejusm
facilius obru
tent. Quar
cum majore
rum situs p
generis ope
nescio an p
simum est,

1) Qua
uberius exone

Namque primum in hac vicinitate solus *λόφος* dici potest, peninsula enim illa ad exiguam altitudinem tam leniter undique assurgit, ut nemo, qui Graece scit, eam *λόφον* appellaverit. De illo, quod additur, *χερσονησίζων*, supra monuimus, neque quemquam offensum iri puto. Haec denique *ὑποπίπτονσι* et quae sequuntur, quam apte de hac Munychia dicantur, optime intelliget, quicumque aut pedibus montem escenderit aut tabulam inspiciens, cogitatione illic se collocaverit; siquidem e summo colle prospiciens, tres portus ita substratos tibi vides, ut Phalerus et Munychius propius absint, omnes autem ad hujus montis radices tendant, quare optime *ὑποπίπτοντες* dicuntur. Ea res tam perspicua est, ut ad definiendam veram Munychiam sola sufficere videatur.

At omisimus quaedam Strabonis verba, quae interpretationem adhuc desiderant: *κοῖλος καὶ ὑπόνομος κ. τ. λ.* Quae si quis accurate perlegerit, neque quidquam nisi ipsa verba spectaverit, a scriptore montem significatum putabit, qui cavus sit magnam partem atque tam natura quam arte suffossus, ita ut inhabitantes capiat, sed angusto ostio aditum praebens. Aliam interpretandi rationem non video.

Sed, inquit, ubinam locorum invenitur mirificum illud opus, quod Strabo innuit atque ipse videtur inspexisse? ejusmodi enim opera non possunt deleri. At eo facilius obruuntur et in subterraneis tenebris ignota latent. Quare non dubitamus, si quando futurum sit, ut cum majore industria veterum oppidorum et templorum situs per Graeciam investigentur, permulta hujus generis opera detectum iri. Ipsi in Sicyoniorum urbe, nescio an primi periegetarum, saxum, quod ibi mollissimum est, longis cuniculis perfossum vidimus ¹⁾. De

1) Qua de re e commentariis Muellerianis propediem, puto, uberius exponetur.

secreto aditu, quo in arcem Athenarum ex Agrauleo escendi posset, complures monuerunt; neque vero res satis explorata est ¹⁾. Phigaliae, Pharide Laconica (cujus arcem Leakius in illo colle prope Amyclas fuisse censet, ubi Gropius V. C. thesaurum Mycenaeo similem reperisse sibi videbatur, cf. M. Dor. I. 93) in aliis oppidis Graecis, maxime antiquioris originis, meatus subterranei, hucusque parum cogniti, investigandi et perlustrandi sunt; de quibus rebus rusticos, qui illas regiones incolunt, multa loqui audivimus.

Sed in ipsa Munychia, ni fallor, non desunt illa, quae quaerimus, subterranei operis vestigia. Etenim si collem a meridie ascenderis, paullo priusquam ad ipsum montis supercilium pervenias, modo accurate circumspicias, animadvertes portam, e vivo saxo arte admodum rudi sculptam, altam pedes VIII, largam VI, africo ita patentem, ut in in ipso limine si constiteris, caput Aeginae (τὸ ὄρος) prospicias; superum limen cameratum est. Inde scalae te excipiunt, oblique in montem deducentes (sub ang. 35°), et ipsae, ut intelligitur, saxo insculptae, temporis injuria nunc quidem magnopere destructae, ut singuli gradus vix discernantur; infima autem pars, quando fere centum gradus descenderis, saxis, rudere, humo, quae superinciderunt, ita obruta est, ut ad finem perveniri non possit ²⁾.

Jam, ut breviter dicam quod sentio, quamquam non sine quadam haesitatione hanc sententiam viris doctis propono, στόμιον illud Strabonis illic reperisse mihi videor, per quod ad magnum aliquod antrum sive perfugium aditus patuerit. Namque equidem tanti operis aliam causam video. Quominus enim conjiciamus,

1) Ross de templo Victoriae in arce fol 5. not 39. cf. Poly-aen. Strateg 1, 21. Leak. top. p. 196—202.

2) Monuit de hac re Prokesch V. C. Denkwürdigkeiten vol. II. p. 649.

ad fontem
peteret, obs
plurimae in
menti est,
ζουροά dicu
tis rudera si
revocaverim
leguntur. S
tiquissimis to
sulas marisq
aut rem fan
num recta s
namque id c
nibus antiqu
Graeca vale
gato et exp
rationem det
Nunc a
simplicem et
nem sequam
magnum qu
stitutum, art
re dicatur;
beat, tamen
ultimum eo
cogitationem
vides; nequ
tantum esse
ant, quo per
nimentis dic
1) cf. Et
citur. KPHT
in KPHT imm
cis xpatéqι δy
2) De ver
de habitationib
Soph. de spelu

ad fontem illic viam patuisse, unde aqua castello sup-
 peteret, obstat, quod huic usui inserviunt cisternae, quae
 plurimae in hac vicinitate sunt. Neque illud ullius mo-
 menti est, quod Graeci, qui accolunt, illum locum *τέ-
 λουτρόα* dicunt, quo nomine saepe ad quaevis antiquita-
 tis rudera significanda homines abutuntur. Huc igitur
 revocaverim, quae de *κρησφυγείοις* apud scriptores
 leguntur. Sic enim dicebantur speluncae, in quas an-
 tiquissimis temporis, (*οὐπω πλωϊμων ὄντων*), qui in-
 sulas marisque litora incolebant, aut ipsi perfugiebant
 aut rem familiarem abscondebant ¹⁾. Ea conjectura
 num recta sit an falsa, fortasse propediem apparebit;
 namque id quod dicunt, dies diem docet, quum in om-
 nibus antiquitatis studiis, tum maxime in topographia
 Graeca valet. Neque vero tantae difficultatis est, pur-
 gato et expedito illo ingressu, totius operis finem et
 rationem detexisse.

Nunc ad Strabonis locum revertamur, unde si
 simplicem et grammaticae consentaneam viam et ratio-
 nem sequamur, eam sententiam effici supra diximus, ut
 magnum quoddam spatium subterraneum, natura con-
 stitutum, arte auctum et ornatum, in ipso monte pate-
 re dicatur; quod, quamquam augustum ingressum ha-
 beat, tamen inhabitationem aliquam capere possit. Quod
 ultimum eo consilio additur, ut magnitudinis quandam
 cogitationem ²⁾ habeamus; quare *ὥστε* c. inf. junctum
 vides; neque enim inhabitari dicitur illud antrum, sed
 tantum esse, ut si forte usu venerit, multi illic habe-
 ant, quo perfugiant. Quae sequuntur, de portuum mu-
 nimentis dicta sunt: „Munychia antiquitus communita

1) cf. Etym. M. s. v. *Κρησφυγετον* a Cretensibus dedu-
 citur. *ΚΡΗΤ* nulla vocali interposita, propter *Φ* quod sequitur,
 in *ΚΡΗΣ* immutatum est; eadem causa *Σ* inseritur in dativis epi-
 cis *κρητέφι ὄχέσφι κ. τ. λ.*

2) De verbo *οἰκησις* cf. Poppo ad Thuc. VI 88. pag. 307. saepe
 de habitationibus barbaris, inconditis, inconstantibus dicitur. Ap-
 Soph. de spelunca Philoctetae.

erat atque inhabitata, Piraeum ceterosque portus complectens" quod quam bene de hac Munychia dictum sit, apparet. Quum enim caput peninsulae sit, antiquo castello munitum, portus subjacentes in suam munitorem quasi societatem assumere (*προσλαμβάνειν*) dicitur; id quod de exteriori illa peninsula, inter duos portus porrecta, bene ac proprie dici non potest. Cetera omnia plana atque expedita. Quare quicumque haec leget, nunc verba Strabonis velim uno tenore percurrat, ut quid de nostra explicatione statuendum sit, certo et aequo iudicio decernat.

Sed ne ex uno Strabone Munychiae situm definire videamur, etiam inter rerum Atticarum scriptores de eadem convenire demonstrandum erit; quem ad finem aliquot locos maxime perspicuos afferre liceat. Eorum primus est Xenophontis. (Hell II., 47.) Tyranni enim quum Piraeum accepissent a Thrasybulo occupatum esse, cum Lacedaemoniis atque equitibus illuc concurrunt atque inter viam in ordines dispositi, adversus Piraei moenia accedunt ¹⁾. Primum enim, qui cum Thrasybulo erant, totum Piraei ambitum defendere tentabant; quod quum per paucitatem suam fieri non posse intelligerent, in Munychiam sese conglomeraverunt, unde aggredientibus resisterent. Haec Munychia autem ab ipso Thrasybulo, ante pugnam verba faciente, ita describitur: Huc, inquit, vos adduxi, ubi hostes locorum difficultate prohibentur, quominus multitudine sua fruantur, siquidem in arduo ascesu ²⁾ ii, qui inferioribus ordinibus incedunt, salvis praecedentium capitibus, jactulari nequeunt. Haec autem commoda Thrasybulo tantummodo nostra Muny-

1) *ἐχώρουν κατὰ τὴν εἰς τὸν Πειραιῶ ἀμαξίτον, ἀναφέρονσάν* Jacobs (Attica) maluit *καταφέρονσαν*, sed lectio sana est; neque enim de via Athenis Piraeum deducente, sed de ea sermo est, qua ad ipsa Piraei moenia, in edito loco posita, ascenditur.

2) *διὰ τὸ πρὸς τὸ ὄρθιον ἵεναι* quae a Leakio minus recte intellecta, Scheibius de oligarchia etc. p. 115. interpretatus est.

chia praeb
sensisset, it
priusquam a
in altioris mo
commissum e
tis et Diodor
locorum natu

In desc
optime cons
καὶ ἔρημον
μόνον, quod
de natura lo
τῆς Μουνυχ
sybuli quide
Eodem pert
de Demetrio
συνέβαινε τῶ
τῆς Μουνυχ
καὶ ταῖς τῶ
ὄρθιόν οὐ μ
κατασκευαῖς

Illud de
quam de vera
tanti moment
maxime mem
de Munychia
platus esset,
citur: Proh h
tatem! Qui

1) cf. 10

2) *πρὸς*
cf. etiam
maxime illa zu
tam leniter sur
escendere incip

chia praebere poterat; quod quum et ipse Leakius V. C. sensisset, ita rem expedire studuit ¹⁾, ut Thrasybulum, priusquam ad illam, quo tenderet, Munychiam venisset, in altioris montis radicibus constitisse ibique proelium illud commissum esse diceret. Sed hoc cum verbis et Xenophon- tis et Diodori ²⁾, eadem describentis, pugnat, neque cum locorum natura bene convenit.

In describenda Munychiae natura cum Xenophonte optime consentit Diodorus l. l. qui eam *λόφον καρτερόν καὶ ἔρημον* dicit. Pro *ἔρημον* Reiskius proposuit *ἔρου- μνόν*, quod sane praefendum videtur; sic enim alterum de natura loci, alterum de castello ibi collocato (*ἔρουμα τῆς Μουνυχίας*) intelligendum est. Deserta autem Thra- sybuli quidem tempore nulla Piraei pars esse poterat. Eodem pertinent, quae apud Diodorum (l. XX, 45.) de Demetrio Poliorceta, Munychiam obsidente, leguntur: *συνέβαινε τοῖς περὶ Διονύσιον (τὸν καθεσταμένον ἐπὶ τῆς Μουνυχίας φρούραρχον) προέχειν ταῖς δυσχωρίαις καὶ ταῖς τῶν τόπων ὑπεροχαῖς, οὐσῆς τῆς Μουνυχίας ὄχυρᾶς οὐ μόνον ἐκ φύσεως, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν τειχῶν κατασκευαῖς.*

Illud denique gravissimum est, nunc demum, post- quam de vera Munychia convenit, intelligi posse, cur illa tanti momenti in Atheniensium rebus fuerit. Quo genere maxime memorabile est illud, quod Epimenides Cretensis de Munychia monuisse fertur, qui quum diu eam contem- platus esset, sic inter eos, qui una erant, exclamasse di- citur: Proh hominum in futuris rebus cognoscendis caeci- tatem! Quippe si praescirent, quantum damni hicce lo-

1) cf. top. Ath. ed. Rien, p. 354.

2) *προσέβαλον τῇ Μουνυχίᾳ* XIV. 668.

cf. etiam Xenophon- tis quae sequuntur in describenda pugna; maxime illa *κατεδίωξαν μέχρι τῆς ὀμαλῆς*; Leakii enim Munychia tam leniter surgit, ut definiri nequeat, ubi ex planitie primum escendere incipias.

cus urbi allaturus esset, dentibus eum e terra evellerent ¹⁾. Praeclare vero locorum naturam perspexit, qui vaticinium illud edidit. Etenim ita haec Munychiae arx est constituta, ut et portubus, qui subjacent, dominetur et inferiori campo Atheniensi speculae instar immineat; est altera quaedam arx, quacum fieri poterat, ut illa, quae Athenis erat, de dominio dimicaret. Accedit quod propter maris vicinitatem repentina aliqua hostium incursione occupata, maxime opportunum — ut Graece dicam — ἐπιτείχισμα ²⁾ seu ὄρμητήριον fieri poterat. Quo nescio an respexerit Ps. Xenophon in libro de rep. Ath. II. 13. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις παρὰ πᾶσαν ἡπειρὸν ἐστὶν ἢ ἀκτὴ τις προέχουσα ἢ νῆσος προκειμένη ἢ στενόπορον τι, ὥστε ἔξεστιν ἐνταῦθα ἐφορμῶσι τοῖς τῆς θαλάσσης ἀρχοῦσι λωβᾶσθαι τοὺς τὴν ἡπειρὸν οἰκοῦντας.

Quare Themistocles urbem satis munitam et securam esse negabat, quin Munychia communi murorum complexu cum portubus et urbe coaluisset; quod ita factum est, ut praeter magnum munimentorum ambitum Munychiae suum castrum et praesidium maneret; unde, si forte inferiora loca contra hostes teneri non possent, denuo resisteretur; id quod a Thrasybulo contra XXX, a Dionysio contra Demetrium Poliorceten factum esse vidimus. Lapsis autem Atheniensium opibus, vetustum illud, quod Epimenides cecinerat, evenire coepit; postquam enim finito bello Lamiensi, Antipater, Athenas puniturus, primum Munychia potitus est, constat, quot et quantas molestias Macedonum praesidia illinc Atheniensibus exhibuerint. De his rebus uberius exponentem cf. Leak. l. l. p. 358 sq.

Unum Appiani locum (Bellum Mithr. 40.) in suam sententiam protulerunt, qui Munychiae nomen ad ex-

1) Plut. Solon. c. 12. Idem in Erotico. tom XII. pag. 16 ed H. Diog. L. I. 114. Tzetzes Chil. V. 629.

2) Hujus vocabuli usum uberime exposuit Hemsterhusius ad Luciani Nigrin. c. 23. Ulpianus ad D. Phil. l. 5. ἐπιτείχισμα τόπος ὑψηλός, ὃν προκαταλαβόντες πολέμοι τεχνίσειαν κ. τ. λ.

teriore per
Sulla presu
marique cinc
peninsula illa
fuisse? Appi
sicut vere per
Res autem s
tissima Pirae
ulla moenia,
corruebant.
illuc se recip
gere posset.
curata sunt,
enim Piraei
sine navibus
illud credo,
Peloponnesiac
neque quod
Themistoclem
est ⁴⁾, XL

D
In hac
habemus, Mi
vissime refer
dorus ap. Ulp

1) L. I. l.

2) ὁ Ἀρχέλο
ραιῶς ἀνέδοσαν
ἔχων ὁ Σύλλας οὐ

3) B. M. c.

4) Thuc. l.

5) Harpocr

teriore peninsulam revocabant ¹⁾. Archelaus enim a Sulla pressus, in partem aliquam Piraei valde munitam marique cinctam, se recepisse dicitur ²⁾. Quo loco sane peninsula illa describitur, sed quis dicit eam Munychiam fuisse? Appianus tantum partem aliquam Piraei nominat, sicut vere peninsula fere tota emporii plateis occupata erat. Res autem sic se habebant, ut, quae alio tempore munitissima Piraei pars fuisset, tunc non esset; neque enim ulla moenia, adactis Sullanis arietibus et balistis, non corruerant. Archelaus tantum navibus confidebat; quare illuc se recipere debebat, unde navibus conscensis effugere posset. Omnino autem Appiani verba minus accurata sunt, quam ut ad amussin examinanda sint; quae enim Piraei pars sic undecumque mari cincta est, ut sine navibus adiri non possit? Eidem Appiano neque illud credo, quod Periclem moenia Piraei ante bellum Peloponnesiacum magis firmasse (*κρατύνασθαι*) dicit ³⁾, neque quod eadem moenia, quae altero tanto altiora Themistoclem exstruere voluisse Thucydides auctor est ⁴⁾, XL cubitorum altitudinem habuisse testatur.

De rebus Minyarum.

In hac Munychia, cujus situm jam exploratum habemus, Minyas consedisce accepimus; id quod brevissime referunt lexicographi ⁵⁾; paullo fusius Dioscorus ap. Ulp. ad Dem. (de corona p. 73.), qui omnes

1) L. l. l. p. 359. Mueller. de mun Ath. p. 11.

2) ὁ Ἀρχέλαος — ἐξέλιπεν αὐτοῖς τὰ τεῖχη· ἐς δὲ τὴν τοῦ Πειραιῶς ἀνέδρομεν ὀχυρώτατον τε καὶ θαλάσση περικλυστον· ὃ καὶ οὐκ ἔχων ὁ Σύλλας οὐδ' ἐπιχειρεῖν ἐδύνατο.

3) B. M. cap. 30.

4) Thuc. I. 93.

5) Harpocration, Suidas s. v. Μουνυχία.

ex Hellanici Athide hauserunt ¹⁾. Minyae igitur, a Thracibus victi, Orchomeno in Atticam profugisse dicuntur, ubi ab Atheniensium rege Munycho benigne recepti, Munychiam incolendam nacti sunt; quo facto regis nomen loco impositum est. De Thracibus, Boeotiae et Phocidis confinia antiquitus incolentibus, omnia, quae nota sunt, reperies a Muellero congesta ²⁾. Quando in illas regiones immigraverint, non constat, quum jam Eleusiniorem, contra Erechtheum Atheniensem bellum gerentium, socii fuisse perhibeantur. Quo tempore maxime polluerint, si Strabonis et Ephori auctoritatem sequimur, inde fere colligi potest, quod paulo post Epigonorum expeditionem Cadmei a junctis Thracibus et Pelasgis Thebis expulsi esse dicuntur; qua patria carebant, donec eodem tempore, quo Aeolenses in Asiam trajiciebant, reversi, Minyis adjuvantibus, Thraces et Pelasgos ejecerunt. Sed haec omnia incertiora sunt, quam ut de aetate, qua Thraces Orchomenum depopulati sint, quidquam inde efficiatur. Namque hac in re maxime Strabonem errasse dicunt (quamquam Ephorum ducem atque Thucydidem ³⁾, ut videtur, assentientem habet) quod Aeolenses Boeotos, qui LX post Troica annis terram sibi cognominem futuram invaserunt, tum in antiquam patriam rediisse censeret ⁴⁾. Strabonis auctoritas num defendi possit, hujus loci quaestio non est, quum nihil difficilius sit, quam veterum testimonia de Boeotorum originibus inter se conciliare. Sed illud certum est, quum Aeolenses illi, sive reduces sive primi, Boeotiam invaderent,

1) Ἑλλάνικος ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἀτθίδος cf. Hell. fr. ed. Sturz p. 57. 58.

2) in libro Orchomenio p. 379.

3) lib. 1, 12. ἦν δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδασμὸς πρότερον ἐν τῇ γῆ ταύτῃ.

4) M. Orch. p. 391 sq.

Minyarum
partem sive
Quomodo
verbium ab
bo neque
nicus, cujus
depopulata

Jam
curatius in
sima, jam i
lem ab He
matam et
runt in rel
ut nihil pr
purissimas
mum etiam
rum quantu
Atheniense
opportunist
res Atticas
venis conce
nim parum
consedissent
illam obtinu
catalogum
nem profite
niat. Alii
nychum pe
Πεντευκλῆς

1) miror
relerat.

2) cf. M

3) Photii
πὸς τοῦ Πεντευκ
τύχου τοῦ Παν

Minyarum vires iam adeo fractas fuisse, ut nihil nisi partem sive provinciam recentioris Boeotiae facerent. Quomodo autem clarissima civitas, cujus opes in proverbium abierunt, eo infirmitatis pervenerit, neque Strabo neque alii dicunt; quorum silentio succurrit Hellenicus, cujus narrationem de Orchomeno a Thracibus depopulata supra proposuimus ¹⁾.

Jam narrationem illam de Minyarum adventu accuratius inspicientibus, quamquam exilis est ac brevissima, jam illud primum nobis apparebit, fabulam, qualem ab Hellenico Diodorus accepit, ab Atticis conformatam et exornatam esse. Ea enim Athenienses fuerunt in rebus suis narrandis ambitione atque vanitate, ut nihil prius haberent, quam suas origines ut quam purissimas et clarissimas proponerent. Hunc Atticismum etiam ea, quae de Orchomeniis traduntur, mirum quantum sapiunt. Minyae patria profugum terram Athenienses rogant. Quid faciunt hi? Locum omnium opportunissimum, quo nullus majoris momenti est ad res Atticas aut augendas aut frangendas, volentes advenis concedunt. Adde fictam nominis originem! Etenim parum probabile est, advenas illos regioni, ubi consedissent, nomen regis imposuisse, quo regnante illam obtinuerant. Nomen ipsum vero patet in regum catalogum intrusum esse, quum et peregrinam originem profiteatur neque de successione omnino conveniat. Alii enim Thesei, alii Demophoontis filium Munychum perhibebant ²⁾. Tertium nomen patris est Παντευκλῆς ³⁾; ita etiam Suidas legit, sed Harpocr.

1) miror, cur M. I. I. ad solos Aeolenses Orchomeni exitium referat.

2) cf. Meurs de regg. Att.

3) Photii lex. Ms. ap Ruhnk. in add. ad Hesych. II. 24. τόπος τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ Μουνυχίας Ἀθηνᾶς, ἧτις ἐπωνομάθη ἀπὸ Μουνύχου τοῦ Παντευκλέους.

et Etym. M. *Παντακλής*, quam lectionem recte praefert Meursius lect. Att. I. 14.

Meliorem auctoritatem Suidas sequi videtur s. v. *Ἐμβαρος* — ἦν πρότερον ὁ Πειραιεύς νῆσος — οὐ τὰ ἄκρα Μούνυχος κατασχὼν Μουνυχίας Ἀρτέμειδος ἱερὸν ἰδρύσατο; quo loco, quamquam Minyarum nulla mentio facta est, tamen non dubium est, nomen ducis pro gente, cui praefuit, positum esse. Nomen infra explicabitur. Hic monuisse sat est, Atticos peregrinae incursionis memoriam abolituros, Mynychum eadem fere ratione, qua Ionem ¹⁾, suum et indigenam vindicare voluisse atque vano quodam affinitatis commento inter reges vetustissimos retulisse.

Jam videamus, num praeter fabulae memoriam illam ex Hellanico haustam, in his locis, quos incoluerunt, Minyarum nulla vestigia reperiantur. Quo loco illud attigisse juvat, quod Boeckhiius V. C. de titulis Theraeis Prokeschianis agens ²⁾, miram quandam nominum similitudinem inter pagos Atticos et Theraeos intercedere primus monuit. Quid quod ipsum Piraei nomen in tit. 1^a (qui nunc in Theseo Athenarum asservatur) legitur atque Kleogorae, ut gentilicium, additum videtur *Κλεαγόρας Πειραιεύς*; cujus tituli nomina quum omnia ad regiam Aegidarum gentem pertineant, ut de peregrino cogitari non possit, V. C. conjectit, Theraeum pagum hujus nominis fuisse *Περαία, Πείραιον* s. *Πειραιεύς* cf. Franz. elem. epigr. Graecae p. 52. Atque ceteri quidem Atticae pagi, qui Theraeis cognomines sunt, unde nomina traxerint, obscurius est praeter Melaenas, quas in ipsis Boeotiae et Atticae confiniis sitas fuisse docent, quae de Melantho

1) de Ione C. Fr. Herm. Ant. Gr. §. 95. Mathiam in „Zeitschrift für Alterthumsw.“ 1840. 93, 4. Maxime memorabilia sunt Herod. verba Ἰωνος τοῦ ἑσούθου στρατάρχου γενομένου Ἀθηναίοισι VIII. 44.

2) acta academ. Boruss. 1836, p. 80 sq.

et Xutho
rantur.
Municho d
dum esse
ctat nomen
ctum; τοῦ
Ἀθηναῖοι
pere autem
rum pertine
rus ²⁾ sati
qui alterum
num ad e
spicuum es
Ection quic
cujus filio

Sed p
rum vestigi
raneum opu
nim si ver
fuisset, con
rerum per
ret, quo ali
quam quan
constitueran
(quorum an
hoc prae c
usus suos
nea aedific
in X capi
Minyeio nu
existimem,

1) de P
Hyg. fab. 14.

2) Orche

3) Harp

et Xutho regibus apud Polyæn. strateg. I. 19. nar-
rantur. Piraei autem nomen ab iisdem Minyis, qui
Munychio duce circa Munychiam incoluerunt, deducen-
dum esse verisimillimum est. Eandem originem spe-
ctat nomen portus Phalerici, ab heroe Phalero du-
ctum; *τοῦτον γοῦν*, addit Pausanias, *τὸν Φάληρον*
Ἀθηναῖοι πλεῦσαι μετὰ Ιάσονός φασιν ¹⁾. Quanto-
pere autem omnia, quae ad expeditionem Argonauta-
rum pertinent, cum Minyis connexa essent, Muelle-
rus ²⁾ satis demonstravit. Eetionis denique nomen,
qui alterum Piraei promontorium occupasse dicitur ³⁾,
num ad eosdem Minyas referendum sit, non ita per-
spicuum est. Certe apud Homerum II. XXI, 43.
Eetion quidam Imbrius occurrit, cum Iasonis nescio
cujus filio hospitio conjunctus.

Sed praeter nomina adsunt, ni fallor, alia Minya-
rum vestigia. Ac primum quidem ipsum illud subter-
raneanum opus, quod superiore loco descripsimus. Ete-
nim si verum est, quod de consilio, quo susceptum
fuisset, coniecimus, ut arcem incolentibus in angustiis
rerum perfugium et fortasse secretum exitum praebe-
ret, quo alio tempore susceptum fuisse probabilius est,
quam quando Minyae illic in peregrino regno arcem
constituerant. Adde quod omnino prisci Orchomenii
(quorum architecti fuerunt Trophonius et Agamedes)
hoc prae ceteris in artibus sequuti esse videntur, ut ad
usus suos et commoda saxa perfoderent et subterra-
nea aedificia munirent; de quibus rebus consulas M.
in X capite Orchomeniorum. De thesauro quidem
Minyeio nunc ita sentio, ut non subterraneanum fuisse
existimem, quum et hac ratione et multis aliis a simi-

1) de Phalero Iasonis comite cf. Val. Max. I. 397. 6, 217.
Hyg. fab. 14.

2) Orchom. cap. XII.

3) Harpocr. s. v. *Ἐτιώνεια*.

libus Atridarum aedificiis differat. Quae ad moderandam Copaidem Minyae fecerunt, notissima sunt. Quamquam enim ipsae illae fauces, quae redundantem aquam absorbent, (quae Arcadibus *ζέρεθρα*, ceteris Graecis *ἐναυλοι* dicebantur, nunc *καταβόθρα*) nequaquam hominum opera effecta sunt, ut ex prima Wheleri descriptione concluderunt (M. Orch. p. 63.), sed naturali aquarum vi, quae per molliora saxa perrupit, tamen in iisdem emissariis amplificandis et purgandis naturae succurrerunt et puteos illos perpendiculares ¹⁾, qui Cephisum sub terra fluentem usque ad Larymnas sequuntur, immiserunt; neque enim mihi persuadeo, ut hoc mirificum opus Crateti Chalcidensi tribuendum esse existimem. Conferas denique, quae apud Ps. Aristotelem in auscultationibus mirabb. (102, 3.) de subterraneis latebris ac recessibus prope Orchomenum reperiuntur, quae et ipse Muell. l. 1. p. 63. ad meatus arte factos pertinere putat.

Tutelare hujus Munychiae numen fuit Diana Munychia, cujus sacra a Munycho rege instituta esse dicuntur (cf. Suidas s. v. *Ἐμβαρος*). Quod uno loco ³⁾ *Μουνυχία Ἀθηνᾶ, ἣτις ἐπωνομάσθη ἀπὸ Μουνύχου* affertur, nescio quo errore Minerva in Dianae locum supposita est. Dianae autem quum inter Graecos maxime duae colerentur, alteram, Apollinis sororem, Doriensem, alteram, quae, ut breviter dicam, magis ad naturam pertinet, Arcadicam s. Pelasgicam dixerunt ⁴⁾, Arcadum Deae jam illud cum hac Munychia commune erat, quod utrique ursam sacram fuisse videmus. Ursa enim in fanum Munychiae perfugisse ibique ab Atheniensibus, neglecta loci sanctitate, interfecta esse dici-

1) de his puteis omnium primus monuit Whelerus.

2) de Cratete, qui dicebatur *ταφρώροχος*, cf. M. l. l. p. 57.

3) Phot. lex. Ms, ap. Ruhnck in add. ad Hesych. II. 24.

4) Muell, Dor. I. 372. sq.

tur. Scele-
saturam esse
lasset. Hinc
nae, quae fili
tam, offerent
enim hujus D
tuta reperiunt
et crudelitat
vel victimae v

Ursae v
Atticos reperi
s. v. ἀρτεμι
τῆ Ἀρτεμιδι
ἀρτεμιόμεινα
Brauroniis cf.
Orch. p. 309
lasgiae origi
(Hes. s. v. A
sulis, eodemq
Imbrum habi
puisse dicunt
tinebant. Iic
quando habita
Plutarchum d
briorum et L
ejecti, per o
mulacrum (δ
tur, donec, j
suam et anco
Pelasgica Br
autem Dianae
haereant, ut
eodem nunc
V. C. in diss

1) cf. Paus

tur. Scelere patrato, fames consequuta est, quam cessaturam esse negat oraculum, nisi quis filiam immolasset. Hinc sequitur narratiuncula de Embaro, Dianae, quae filiam poscit, capellam, filiae vestibus occultam, offerente (cf. Suidas s. v. Ἐμβαρος). Quotquot enim hujus Dianae Arcadicae sacra inter Graecos instituta reperiuntur, numquam fere desunt antiquae saevitiae et crudelitatis vestigia, qua vel homines immolabantur vel victimae vivae flammis imponebantur ¹⁾.

Ursae vestigia sequentes, alterius Dianae sacra apud Atticos reperimus, cum Munychiis arcte conjuncta. Harp. s. v. ἀρκτηῦσαι — τὸ καθιερωθῆναι τὰς παρθένους τῆ Ἀρτέμιδι τῆ Μουνυχία καὶ τῆ Βραυρωνία· αἱ ἀρκτηνόμεναι παρθένοι ἀρκτοὶ καλοῦνται. De sacris Brauroniis cf. Meurs. de pop. Att. s. v. Βραυρών. Muell. Orch. p. 309. Dor. I. 310. Haec sacra haud dubie Pelasgicae originis erant; Brauroniae cognomen Αἰθιοπία (Hes. s. v. Αἰθιοπία) redit in Samothrace et Imbro insulis, eodemque spectat, quod Tyrrheni, qui Lemnum et Imbrum habitabant, Atheniensium feminas Braurone rapuisse dicuntur; quae rapinae ipsae ad sacros ritus pertinebant. Idem Tyrrheni autem circa Hymettum aliquando habitaverant, unde Brauron proxime abest. Apud Plutarchum denique (de mul. virtt. s. v. Τυρρηνίδες) Imbriorum et Lemniorum filii, ab Atheniensibus ex insulis ejecti, per omnia itinera vetustum Dianae Brauroniae simulacrum (ὁ πατρῶον ἦν αὐτοῖς) secum tulisse traduntur, donec, jubente oraculo, illic constiterunt, ubi Deam suam et ancorae cuspidem amiserant. Quibus omnibus Pelasgica Brauroniorum origo satis probatur. Quum autem Dianae Munychiae sacra cum Brauroniis ita cohaereant, ut ad diversas origines non possint revocari, eodem nunc pervenimus, quo aliunde exorsus Boeckhius V. C. in diss. de inscriptionibus Theraeis; ipsi enim

1) cf. Paus. Laphria Patrensiū describentem, VII, 18, 11.

Tyrrheni et Minyae omnino ejusdem originis fuisse videntur ¹⁾.

Jamque ut hoc breviter addamus, nomen et numen Dianae Munychiae ad lunam pertinent. Illud enim non dubito esse pro *MENONYXIA* ²⁾; etenim fuisse radicem *MEN* testatur forma Ionica *μεις* pro *MENS*; (Boeckh. oecon. Ath. II. p. 395.) *νύχιος* a *νύξ* fieri docet forma *παννύχιος*. litera N in *μενο* eo facilius excidere potuit, quum sequens syllaba ab eadem litera ordiatur; vocales deinde solito more coaluerunt, ut in *κρείτους*, *μείζους* etc. Neque minus quae de sacris Munychiis accepimus, lunarem Deam testantur; qua de re cf. Apollodorum apud Suidam s. v. *Ἀμφιφῶντες* — *πλακοῦντος εἶδος, οἷτινες ἐγένοντο, ὅτε ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη προῦ ὑπὲρ γῆς φαίνονται, ἢ ὅτι ἐκόμιζον αὐτὸν, δαδία ἡμμένα περιπηγνύντες ἐπ' αὐτῷ, ὡς φησὶν Ἀπολλόδωρος* atque eadem fere s. v. *ἀνάστατος* ubi additur *ἀμφιφῶντες γίνονται Μουνυχιῶνος μηνὸς ἕκτη ἐπὶ δέκα, οἱ εἰς τὸ Μουνυχίας ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος κομίζονται.* cf. Apoll. fr. H, p. 402. Utraque nominis explicatio, a Suida proposita, optime convenit; plenilunium enim, ubi sol et luna simul in coelo aspi-ciuntur, placentis illis significabatur.

Eandem deam a Callimacho *λιμενοσκόπον* vocari (hymn. Art. 259) non mirum videbitur, siquidem luna navigantibus prospicit. Sic in nummis Leucadiorum eandem Dianam videmus, lunula capiti imminente, dextra acrostolium tenentem ³⁾. Alterum cognomen Dianae addit Callimachus l. I, *Φεραία*, Pheris Thessalicis

1) Boeckh. l. I. p. 82. Idem nuper statuit, qui de rep. Laced. scripsit, C. H. Lachmannus.

2) Schwenk (etymol. - mythol. Andeutungen) *μουνυχία* ex *μουνονυχία* ortum putat: die Einsamnächtige. Pott. etymol. Forsch. II. 590.

3) Muelleri monum. art. ant. II. n. 175.

vetusta An-
cyonem, At-
Pheraei aut-
rent (Mull.
ipsa Hecate
2, 36.); ear-
rum cultam
Hesych. s.
ἐἰς τῶν ἐν
in Munychia
p. 348. Thr-
deduceret, ig-
qui quum e-
fecerit, ἐνθ-
autem tunc
hand dubie a
De Mun-
in aves muta-
apud Ant. L.
perpenderis,
Hyperippae,
Templum Mu-
tima ab Aga-
bo XIV. p. 6
Templum
arce fuit, d-
Dodonaeo i-
nis, antequam
chiam occupa-
τὰ ἀκρωτήρι-
XXVIII.; qui
ficantur enim
quae ab hostib-

1) II. 23,
Pheraeo. Strebe-
p. 134. 162.

vetusta Artemidis sacra fuisse atque inde Argos, Sicyonem, Athenas delata esse ex Pausania constat ¹⁾; Pheraei autem cum Iolcis et Minyis arctissime cohaerent (Mull. Orch. p. 256.) Quae dea Pheraea aut ipsa Hecate dicebatur aut Hecates mater (schol. Theocr. 2, 36.); eandem Hecaten etiam in portibus Athenarum cultam fuisse, Zeae nomine significari videtur. Hesych. s. v. Ζέα - ἡ Ἐκάτη παρὰ Ἀθηναίους καὶ εἰς τῶν ἐν Πειραιεὶ λιμένων. Luciferae denique aram in Munychia fuisse patet ex Clem. Alexandr. Strom. I. p. 348. Thrasybulo enim, quum exules e Phyla noctu deduceret, ignem apparuisse tradunt via praecedentem, qui quum eos tutos deduxisset, circa Munychiam defecerit, ἐνθα νῦν ὁ τῆς Φωσφόρου βωμός; quod autem tunc primum deae datum esse dicere videtur, haud dubie antiquum Dianae Munychiae cognomen fuit.

De Munycho, Molossorum rege, ipso cum prole in aves mutato, tradidit Nicander in Heteroeumenis apud Ant. Liber. XIX.; quam narratiunculam si bene perpenderit, ipsam Dianam apud Molossos cultam, sub Hyperippae, Munychi filiae, nomine latere videbis. Templum Munychiae Dianae in ora Ephesiorum maritima ab Agamemnone conditum esse, auctor est Strabo XIV. p. 639.

Templum Dianae Munychiae haud dubie in ipsa arce fuit, de cuius situ supra monuimus; id quod Dodonaeo illo oraculo probatur, quod paucis annis, antequam primum Macedonum praesidium Munychiam occupaverat, Atheniensibus editum fuisse dicitur: τὰ ἀκρωτήρια τῆς Ἀρτέμιδος φυλάσσειν cf. Plut. Phoc. XXVIII.; quibus verbis quaedam ambiguitas inest; significantur enim non templi solum, sed etiam arcis fastigia, quae ab hostibus ne opprimantur, Athenienses cavere ju-

1) II. 23, 5; 10, 7. D. Pheraea cernitur in nummo aeneo Pheraeo. Straber numism. nonn. Graeca. act. acad. Monac. I. p. 134. 162.

bentur. Postquam alienigenae religiones Athenas irrepere coeperunt, Diana Munychia Thracum deam Bendin tanquam inquilinam in suam arcem recepit, namque propter sacrorum similitudinem Bendideum juxta Artemidis fanum videtur exstructum fuisse (cf. Xen. Hell. II. 4, 11. de platea ex foro ad templa ducente); quod quo tempore factum sit, nescimus; neque vero templum prius conditum esse crediderim, quam ipsa religio publica auctoritate recepta et sancita erat; id quod c. Ol. LXXXIII factum esse Th. Bergkii de rel. com. att. p. 90. cum probabilitate evicit.

Postquam de sacris Mnnychiis narravimus, quae inchoata magis, quam perfecta esse ipsi optime intelligimus, nihil optatius caderet, quam si Minyarum, qui illic conserunt, res gestas persequi possemus. At nihil obscurius est. Muellerus, qui de tota re brevissimus est, Minyas diu sui juris fuisse ac postea eadem ratione, sicut XII civitates cum Athenis coaluisse suspicatur (Orch. p. 391.). Nunc postquam variis argumentis probatum est, Pelasgos Hymettios atque Minyas ad easdem origines redire, hos una cum illis ex Attica ejectos esse credideris.

Sed ne rem per se obscuram conjecturis illustrari esse videamur, illud pro certo habemus, cum Clithenes Atticam in pagos distribueret, Munychiae incolas a Piraeensibus non fuisse sejunctos; falluntur enim, qui Munychiam inter pagos referant, quum et Strabonis verba l. l. repugnent neque usquam Munychii inter cives reperiantur ¹⁾. Quotiescunque igitur apud rerum Atticarum scriptores Munychiae mentio fit, aut portus intelligendus est, aut Piraei acropolis; quo sensu semper junguntur *ὁ Πειραιεύς καὶ ἡ Μουνυχία* ²⁾ quae

1) Nuperrime Munychiam inter pagos Atticos retulit Scheibius de oligarchia.

2) C. Fr. Hermann Compend. Ant. Gr. 175 minus accurate de portibus intelligit: Demetrius legte Besatzung in die Häfen Munychia und Piräus.

verba si
magna pars
quomodo inte
τοοῦ est illu
parte reperiu
Munychiae n
v. 760. Mou
enim locorum
versibus mag
norum poeta
Munychiae a
252. rura M
II. 709.

Artem,
cuti essent v
lustrare stud
quum non ra
num usum re
tionem bene
tem sicut in
portibus exst
tionem seque
modi opera i
quod volebant
munitos, Rom
quodam asper

1) Statius
simus. cf. Ross
©. 172.

2) Giuliano
ne de porti. N
Ostia 1838.

verba si illam Pseudomunychiam spectarent, cujus magna pars Piraei aedificiis occupabatur, non viderem quomodo intelligenda essent. Sic τὸ Μουνυχίασι Θέατρον est illud, cujus rudera in occidentali Munychiae parte reperiuntur. Poetae ubi de portibus loquuntur, Munychiae nomen praefere solent, cf. Eur. Hippol. v. 760. Μουνύχου δ' ἀπταῖσω ἐκδήσαντο. Antiquiora enim locorum nomina gravius aliquid sonant atque in versibus magis placent. Unde nomen etiam in Latinorum poetarum usum transiit, maxime Statii¹⁾; e. c. Munychiae arces Silv. V. 3, 107. M. juga Theb. 2, 252. rura Munychia Theb. XII. 616 cf. Ovid. Metam. II. 709.

De portibus Piraei.

Artem, quam in struendis portibus maritimis secuti essent veteres, nuper haud pauci fuerunt, qui illustrare studerent, maxime inter Italos²⁾. Etenim quum non raro fieret, ut portus Romani ad hodiernum usum renovandi essent, antiquam eorum constitutionem bene cognovisse multum intererat. Romani autem sicut in theatris, amphitheatris, circis, sic etiam in portibus exstruendis diversam quandam a Graecis rationem sequebantur. Graecorum enim erat, si hujusmodi opera instituebant, locos eligere ad id ipsum, quod volebant, natura tanquam suppeditatos atque praemunitos, Romani vero haec naturalia adjuncta fastidio quodam aspernati, suis consiliis et viribus soli, quae me-

1) Statius inter poetas Romanos locorum Graecorum peritissimus. cf. Ross Reisen und Reiserouten durch Griechenland. Thl. I. S. 172.

2) Giuliano di Fazio intorno al miglior sistema di costruzione de porti. Napoli 1828. Canina sul porto di Anzio 1837. Ostia 1838.

ditabantur, artis opera efficiebant. Sic eorum theatra vides in locis planis ac depressis ad ingentem altitudinem surgere, ut Flavianum illud, quod Romae admirantur. Graecorum autem neque theatrum neque stadium novi nullum, nisi quod convallibus innitatur¹⁾. Adde quod Graeci locorum natura mirum quantum adjuvant erant, quum in aedificiis spectaculo publico destinatis, tum in portibus securis et spatiosis exstruendis. Quod enim Romani molibus lapideis, dextra sinistraque per mare positis, efficere studebant, ut fluctuum ventorumque impetum frangerent atque tranquillam navibus stationem praeberent, in Graecia plerumque montibus in mare procurrentibus atque insulis²⁾, littori objectis, factum est. Quare Cicero utriusque maris, quod Italiam alluit, naturam describens, alterum dicit Tuscum et barbarum, alterum Graecum quoddam et portuosum³⁾. Id non ita dixerim, ut omnino portus arte factos apud Graecos fuisse negarem; immo hujus quoque industriae inventores et magistri exstiterunt Graeci; id quod ipsis portuum reliquiis probatur. Huc enim pertinet, ut omittam alios temporum injuria parum integros, portus Eleusinius; ubi quum littoris curvitas minor sit, quam ut ventos et fluctus ab inferiore sinu defendat, molem appositam vides in falcis speciem sinuatam, quae in mare porrecta, securum portum efficit. Accuratius autem molem si inspexeris, non uno tenore eam in mare porrigi animadvertes, sed pluribus foris sive canalibus intersectam, ita ut mare interius cum exteriori communicet. Quam rationem a Graecis excogita-

1) De stadiis *μῆν πλευρῶν* cf. Ross. V. C. *Insfelreisen* I. p. 33.

2) Sicut Sphacteria. Similiter Alexandriae, Carthagini, Carth. novae (Liv. 26, 42.) Tyro insulae objacent. Ostiae Claudium imper. constat navem, qua obeliscus advectus erat, in introitu demersisse, ut turrim insuper, Pharo similem, exstrueret. cf. Sueton. v. Cl. Etiam Cencreis insulam arte factam esse suspicor ex nummo Antoniniano, portus imaginem exhibente (Muell mon. artis II. 73.)

3) Cic. de Oratore III. 19.

tam Roman
simplicitatem
siquidem ex
quod dicitur,
bus minus, qu
Augusto, Ne
nosces, ubi
impositos vide

Sed ne
quanquam du
ralium et arte
reperiuntur,
recti sint; id
lum natura m
que in ipso
ficiunt, duas
terminantur;
in ipso mari
extremo littore
ingressuris su
inter quae me
introitus in in
operis ruderam
vam est, cum
molis fundame
sunt, neque q
ridiem versus
us introitus,
Quodsi hunc
hinc catenas il
ab altero belli
isse accepimus
quod institutum
ut docent num
in quibus, ni

1) Thuc. II.

tam Romani ubique imitati sunt, sed ita ut Graecam simplicitatem sua magnificentia auferrent atque ornarent; siquidem ex perforatis molibus Graecorum, opus illud, quod dicitur, pilarum ortum est, quod ex ipsis rudibus minus, quam ex nummis in memoriam portuum sub Augusto, Nerone, Trajano exstructorum incisis cognosces, ubi pilis fornices, fornicibus alteros fornices impositos vides.

Sed ne longius, unde exorsus sum, vagari videar, quanquam duo sunt antiquorum portuum genera naturalium et arte factorum, tamen etiam inter priores non reperiuntur, quin plus minusve arte emendati et correcti sint; id quod in ipso Piraeo factum est, quo nullum natura magis ipsa instruxit atque praemunivit. Jamque in ipso Piraei ostio, quod Eetionea et Alcius efficiunt, duas turres vides, in quibus utrinque moenia terminantur; alteram, quae meridionalis promontorii est, in ipso mari paullo a continente distantem, alteram in extremo littore positam. Intra has turres, quae primae ingressuris sunt obviae, duo sunt saxa sibi opposita, inter quae media majoribus navibus etiam nunc solus introitus in interiores portus patet; in utraque antiqui operis rudera innituntur, alterum, quod ineunti ad laevam est, cum Eetionea mole conjunctum erat, cujus molis fundamenta in maris tranquillitate animadverti possunt, neque quidquam probabilius est, quam etiam meridiem versus similem murum deductum fuisse, ut alius introitus, nisi inter duo illa saxa, nullus daretur. Quodsi hunc ipsum Piraei introitum fuisse apparet, hinc catenas illas suspensas fuisse existimo, quibus inde ab altero belli Peloponnesiaci anno portus clausos fuisse accepimus. Erat enim Piraeus λιμὴν κλειστός; quod institutum Graecorum etiam Romani imitati sunt, ut docent nummi imperatorum, maximo duo Trajani, in quibus, ni fallor, portum Anconitanum exhibitum ha-

1) Thuc. II. 93, 94.

bemus ¹⁾, et unus Severi Pii. (doctr. N. V. VI. 200.)
cf. de Chiorum portu Aen. Poliorc. X.

Quodsi Piraeum tres portus clausos habuisse legimus (schol. Arist. Pac. 144.), hoc non ita intellectum voluerim, ut fecerunt, qui de his rebus scripserunt, unumquemque eorum portuum, quos Piraeus complecteretur, suis catenis et molibus claudi potuisse (cf. Muell. de mun. Ath. p. 11.), quo sane nihil immensius fuisset atque inutilius, neque ea, quae supersunt, interiorum portuum vestigia isti opinioni succurrunt. Immo *τρεις λιμένες κλειστοί* ita sunt intelligendi, ut tres uno communi clastro clausi fuerint; eodem modo tria cubicula, inter se juncta, optime omnia dicas clausa, quando communes fores, per quas solas aditus patet, occluseris. Id quod egregie comprobatur, si portum Carthaginiensium respicimus, non uno nomine cum Piraeo comparandum; quare Appiani verba, quum eadem etiam pro descriptione Piraei haberi posse videantur, huc transcribere liceat: *οἱ λιμένες εἰς ἀλλήλους διεπλέοντο καὶ ἔσπλους ἐκ πελάγους εἰς αὐτοὺς ἦν εἰς εὖρος ποδῶν ἑβδομήκοντα, ὃν ἀλύσειν ἀπέκλειον σιδηραῖς.*

Jam priusquam de interiore Piraei distributione quae dicenda sunt, addamus, de leone panca moneamus, qui ab introitu portus a Maurogeno Peloponnesiaco dereptus, ante Venetorum navalia inter tropaea reipublicae constitutus est ²⁾. Quo loco primum monendum est, unum tantum leonem fuisse; fuerunt enim

2) Ekhel doct. N. V. VI. p. 427. ab Ekhelio ad pontem Danubianum referuntur; sed si accurate ceterorum portuum nummos comparamus catenamque respicimus ostium claudentem atque naviculam intus positam, non dubium est portum, non pontem Trajani expressum esse.

3) Ab hoc leone Piraeum nomen portus Draconis duxisse notum est; apud Graecos enim, qui nunc sunt, quaevis bestia majoris ambitus *δράκων* audire solet.

qui putaren
stetisse. Se
ad laevam in
Athenas itur,
quae secundu
erant enim le
sicut polyand
nis membra c
dolore atque
cens exhibitu
dens, erectus
stem, quo
evincam, hab
Antonii Sti G
delineamentis
vatur mihiqu
mana aedificia
paginae autem
scriptiones inv
Cyriaci depro
ex eadem bib
omissis tabulis
Piraeensium r
quidem cetero
temnendam,
ostium portus
set, haud d
1) De duo
lingius in doctis
Rhen. inserta.
2) De leo
3) Nuper
commentatione
scriptio urbis
quum ipsum St.
mentariis in topo
ram esse speraba
paret.

qui putarent ¹⁾, duos sibi leones in ostio Piraei e regione stetisse. Sed alter ille, qui in eodem navalium vestibulo ad laevam ineuntis collocatus est, in via, qua ex portu Athenas itur, repertus, haud dubie unum e sepulcris, quae secundum celeberrimam viam posita erant, ornavit; erant enim leones frequentissima sepulcrorum ἐπιθήματα sicut polyandrii Thebanorum (Paus. IX, 40.), cujus leonis membra disiecta etiam nunc prope Chaeroneam cum dolore atque admiratione vides. Optime igitur alter iacens exhibitus est; alter, qui portum custodiebat, sedens, erectus, alacer ²⁾. Denique locupletissimum testem, quo illum unum tantum ad portum pertinere evincam, habeo Cyriacum Anconitanum. Liber enim Antonii Sti Galli, qui manuscriptus, non paucis additis delineamentis, Romae in bibliotheca Barberina asservatur mihiq; inspiciendus permissus est, solum Romana aedificia ab ipso Antonio habet delineata; tres paginae autem, in quibus Graecarum antiquitatum descriptiones inveniuntur, eadem continent ex commentariis Cyriaci deprompta ac prave descripta ~~sed~~ quae Moronus ex eadem bibliotheca ante hos CLXXXVIII annos, omissis tabulis edidit ³⁾. In hoc libro mscripto inveni Piraeensium munimentorum delineationem, vilissimam quidem ceteroquin et inutilem, sed hoc nomine non contemnendam, quod leonem illum unum exhibet, prope ostium portus sedentem, cui alterum, si prope abfuisset, haud dubie appositum videremus. Locum, ubi

1) De duobus leonibus Piraeensibus nuper denuo dixit Goettlingius in doctissima de porta Mycenaeorum dissertatione, Mus. Rhen. inserta.

2) De leonibus, portuum custodibus, cf. Goettl. l. l.

3) Nuper huius libri mscripti mentionem fecit Rossius V. C. in commentatione, quae inscribitur, Anonymi Viennensis descriptio urbis Athenarum 1840 (XC vol. Ann. Vienn); qui quum ipsum St. Gallum Graeciam pergrasse putaret, ex ejus commentariis in topographiam Graecam magnam utilitatem redundaturam esse sperabat. Hac spe falsum esse ex iis, quae diximus, apparet.

steterit, accurate definire difficile est; sed nullus aptior videtur, quam basis illa, iuxta Alcimum in mari exstructa.

De literis denique, femori leonino inscriptis, quae tot literatorum hominum calamos moverunt, nihil habeo quod addam. Barbarorum hominum sunt; quod enim fuerunt, qui Atticas istas litteras putarent, ne elementis quidem artis epigraphicae illi imbuti fuisse videntur.

Interiores Piraei partes, Cantharus, Zea, Aphrodisium, quo ordine ponendae essent, complures viri docti exponere studuerunt. Nunc delineatio ea, quam huic descriptioni addidimus, prima naturalem Piraei divisionem eorumque, quae arte addita sunt, vestigia accurate denotata exhibet; vides enim et saxis et molibus in mare porrectis tres partes effici, quarum prima, si ab Alcimo incipimus, sinum complectitur, altero minore promontorio, quod a peninsula præcurrit, meridiem versus terminatum. Quae proxime adjacet pars, ceteris minor, aggere, cui scopuli naturales subsunt, a tertia disjuncta est, quae usque ad Eetioneam pertinet. Intimus autem portuum recessus, quem in tabulis Leakianis Canthari nomine notatum reperies, nunquam portus vicibus functus est. Etenim murorum, qui ab Eetionea peninsula per mare ad alteram Piraei partem descendunt, vestigia haud dubia sequentes, intimum illum sinum exclusum fuisse videmus. Id quod factum est, quia propter rivulos, ex Aegaleo monte huc descendentes, fieri non poterat, quin mare arenis humoque deductis impleretur, Hunc Pseudocantharum potius τὸν κωφὸν λιμένα fuisse suspicor, cujus mentio fit apud Xenophontem (Hell. II, 4.) bella post exactos tyrannos narrantem; Pausanias enim, castris ex Halipedomotis, παρῆλθεν ἐπὶ τὸν κωφὸν λιμένα σκοπῶν, πῆ εὐαποτείχιστος εἴη ὁ Πειραιεύς¹, quae si recte de hoc portu judicavimus, optime intelliguntur. Namque ab Halipedi paludibus, quae prope Phalerum sunt,

usque ad in-
sulam cum
pertinet; qu
simulabat ad
atque praesic
Nomen
sinui tribuitu
adjectivi noti
reduceris, u
a rad. KOII
hebes, inutili
Piraei sinus
pertinere vid
neus est (c
explicationem
ἀηχον praet
to mari tam
pertineat nul
(Cent. IV. 68
κωφότερος τ
στενὰς ἔχει
σεις, ὡς μὴ ἀ
ἡχον). Cave
tus praestant
rum tranquill
aperto mari
pantur. Qu
κωφὸν onom
neque video,
plicetur.
Jam qu
tum sit, quis
1) De ea
qui hunc κωφὸν
oberhalb des Ph
telligo.

usque ad intimam Piraei partem isthmus, quo peninsulam cum Attica cohaerere supra demonstravimus, pertinet; quem isthmum Pausanias, si Piraeenses, ut simulabat ab Atheniensibus interclusurus erat, muris atque praesidiis firmare et munire debebat ¹⁾).

Nomen autem illud τοῦ κωφοῦ λιμένος optime huic sinui tribuitur. Quum enim duae maxime sint hujus adjectivi notiones, quas non facile ad unam primariam reduxeris, utraque hic convenit. Namque si *Κωφόν* a rad. *ΚΟΗ* ita deducendum putaveris, ut sit obtusum, hebes, inutile (*ἀσθενές, ἀμβλύ* Suidas s. v. *κωφός*), hic Piraei sinus ita dicitur, quia quum et ipse ad portum pertinere videatur, tamen ad excipiendas naves non idoneus est (cf. *κωφὸν βέλος, κωφὰ ἔπη*). Sin alteram explicationem, quam Suidas eidem vocabulo addidit, ἀήχον praetuleris, *κωφὸς λιμὴν* erit ille, qui ab aperto mari tam longe abest, ut undarum motus ad eum pertineat nullus. Sic proverbium, quod apud Zenob. (Cent. IV. 68.) Diogenianum (V. 43.) Suidam legitur, *κωφότερος τοῦ Τορωναίου λιμένος* explicatum reperies: *στενὰς ἔχει καὶ μακρὰς τὰς ἀπὸ τοῦ πελάγους κατάρσεις, ὡς μὴ ἀκούεσθαι τοῖς ἐν αὐτῷ τὸν τῆς θαλάττης ἤχον*). Cave autem ne hac re singularem quandam portus praestantiam significari putes, siquidem nimia aquarum tranquillitas nocet portibus, qui nisi continuo cum aperto mari communicent, non possunt, quin corrumpantur. Quod autem Lehrs. de stud. Arist. p. 124. *κωφόν* onomatopoeice ortum putat, mihi non probatur, neque video, quomodo varius vocabuli usus inde explicetur.

Jam quum tres Piraei portus ubi fuerint, exploratum sit, quis cuique locus debeat, nunc maxime re-

1) De eadem re agit Scheibius de oligarchia etc. p. 139. qui hunc *κωφὸν λιμένα* inter Phal. et Munychiam ponit et alio loco: oberhalb des Phalerus; quae quem sensum habeant, ego non intelligo.

quiri intelligo. Leakius Canthari intimum locum fuisse putat, propterea quod triremium stationes omnium tutissimae esse debuissent (p. 341.); quam rationem satis infirmam esse nemo negabit; totus enim portus tutior erat, quam ut in loco paullo interiore minus timeretur. Nunc autem postquam tituli illi navales, de quibus Rossius et Boeckhii VV. DD. meruerunt, in lucem prodierunt, aliquid certius de Cantharo effici videtur. Reperti enim sunt omnes in eodem loco, prope fundamenta magnifici aedificii, quae ad armamentarium Philonis pertinere ipsi viri doctissimi judicaverunt; qua de re conferas quae ex litteris Rossianis excerpta, in prooemio titulorum, a Boeckhio editorum, invenies atque ipsum B. pag. 73. Armamentarium autem illud celeberrimum a Cantharo portu sejungere nemo, quantum scio, voluit (cf. L. p. 347.) Navalia quidem erant etiam in Zea portu atque ex ipsis titulis docemur, duplo majorem illic fuisse *νεωσοίκων* numerum, quam in Cantharo (196:94.); sed principalia et celeberrima hujus generis aedificia omnino ad hunc pertinuerunt atque ita intelligendum est, si minus accurate dicitur *Κάνθαρος, ἐν ᾧ τὰ νεώρια* (schol. ad. Arist. Pac. V. 144.). Quod Leakius opus Philonis in opposito Piraei littore fuisse statuebat, hanc potissimum causam habuisse videtur, quod illam partem, quae ad Eetioneam pertinet, omnium munitissimam esse animadvertibat. Cujus rei equidem non aliam causam fuisse arbitror, quam quod ab hac parte Lacedaemonios portus aggressuros Athenienses maxime pertimescebant; sicut eadem ratione septentrionalem murum multo prius, quam meridionalem perficiendum curaverunt ¹⁾. Jam patet, portam illam magnificam a Leakio notatam, per quam ad Eetioneam adiebatur, non referri posse ad illud *ὄχημα μέγα τὸ πρὸς ταῖς πύλαις* in titulo N. XI. litt. m

1) Plut. Cim. XIII. Mull. de mun. Ath. p. 20.

quod in vic
autem si qua
venies in pro
Alcimo meric
monstravimus
Cantharum d
veniunt, et li
ostii vicinitas
liber atque e
proxime ablu
cho tradita, e
(v. Phoc. 28
νι ζήτος συ
calamitate Mu
cete autem il
gao non rar
tuum ostia ad
ores partes ve
tharum ponit)

Restant
dicaturi, Aph
templo nomen
neris fana, a
dux *Ἀπάροχο*
Cnidiae, a C
ploratum hab
certi nobis tr
cemur, a far
se. Sed in h
tur, quod in
quo portus se
μένας τρεῖς
θάρον λιμῆν

1) Ap. sch
Illud vero non ten
quum hujus famae

quod in vicinitate armamentarii fuisse videtur. Locum autem si quaeris, unde lapides inscripti eruti sint, inuenies in promontorio illo designatum, quod una cum Alcimo meridionalem Piraei sinum efficere supra demonstravimus; quem sinum, si recte disputatum est, Cantharum dicere non dubitamus. Cetera optime conveniunt, et littus ad recipiendas triremes aptissimum et ostii vicinitas; quare navibus, si res postulabant, exitus liber atque expeditus erat. Cantharum ab aperto mari proxime abfuisse etiam narratiuncula quadam a Plutarcho tradita, comprobari videtur; etenim *Μύστην*, inquit, (v. Phoc. 28) *λούοντα χοιρίδιον ἐν Κανθάρω λιμένι κῆτος συνέλαβε καὶ τὰ κάτω μέρη κατέπιε* (qua calamitate Munychiam in discrimine fore portendebatur); cetera autem illa immania, quae etiam nunc in mari Aegaeo non rara sunt, rapinarum avida nonnunquam portuum ostia adire solent; sed numquam fit, ut in interiores partes vel in intimum recessum (sicut Leakius Cantharum ponit) irrepant.

Restant duo portus, suum sibi uterque locum vindicaturi, Aphrodisium et Zea, quorum prior a Veneris templo nomen traxit. Quum autem duo ibi fuerint Veneris fana, alterum, quod Themistocles Salamine redux *Ἀπάρχω Ἀφροδίτη* condidisse dicitur¹⁾, alterum Cnidiae, a Conone exstructum, neutrius situm satis exploratum habemus. Neque magis de Zea quidquam certi nobis traditum est, nisi quod Hesychii verbis docemur, a fare, quod ibi veniret nomen deductum esse. Sed in hac difficultate illa me res adjuvare videtur, quod in scholio ad Arist. Pac. supra landato ordo, quo portus se excipiebant, significatur: *Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς ἔχει πάντας κλειστοὺς εἰς μὲν ὁ Κανθάρου λιμὴν — ἐν ᾧ τὸ νεώριον εἶτα τὸ Ἀφροδί-*

1) Ar. schol. Hermogenis *περὶ ἰδεῶν* in cap. *περὶ γλυκύτητος*. Illud vero non templum fuisse suspicor, sed sacellum s. aram, maxime quum hujus famae auctor a scholiasta afferatur Ammonius *περὶ βωμῶν*.

σιον εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοὰὶ πέντε; quo loco non est, cur portus extra ordinem nominatos esse suspicemur; quare qui proximo loco affertur, proxime a Cantharo abfuisse putandus est, atque tertio loco Zea; quem quidem portum non suo nomine dicit scholiastes, sed de porticibus, quae adjacent, loquendo innuit. Porticum enim illarum longe celeberrima fuit, quae dicebatur Ἀλφιτόπωλις, opus Pericleum, quod circa portum fuisse etiam scholiasta ad Ach. 547 testatur; adiacebat autem haud dubie illi parti, qua naves frumentariae appellebant. Media autem portus pars, ut supra diximus, omnium minima fuit eoque probabilius fit, eum Veneris portum fuisse, cujus nomen ceteris obscurius est atque in titulis navalibus non legitur. Contra quum omnium rerum, quae Athenas importabantur, nulla majoris momenti esset, quam frumentum ¹⁾, quo Siciliam, Pontum Euxinum, Asiam, Africam Atticorum inopiae succurrisse constat, facile intelligitur, cur Zeae portum ceteris aliquanto majorem constituerint. Accedit, quod de exteriori Zeae situ contra Krusium monuit Muellerus in addit. ad Leakii topogr, p. 467. Namque in lex. rhet. (Bekk. anecd. I. p. 31.) ἐν Φρεαττοῖ atque ἐν Ζεᾷ alterum alteri ita substituitur, ut Phreattyn iudicium in Zea fuisse appareat. Alio loco autem (Helladius ap. Phot. Myr. p. 335 Bekker) Phreattys ἐξωθεν τοῦ Πειραιῶς fuisse dicitur; unde Muellerus colligit, Zeam non intimam Piraei partem fuisse; id quod cum nostra ratione optime convenit. Illud denique ad nostram de Zeae situ conjecturam comprobendam facit, quod de CCCC Eetioneam obsidentibus apud Thuc. VIII. 90 legimus ἀποδόμον τὸ ἐν τῇ Ἡετιωνείᾳ τεῖχος — διωποδομήσαν δὲ καὶ στοάν, ἥπερ ἦν μεγίστη καὶ ἐγγύτατα τούτου εὐθὺς ἐχομένη ἐν τῷ Πειραιεῖ καὶ ἤρχον αὐτοὶ αὐτῆς,

1) Boeckhii oecon. Ath. I. 35.

εἰς ἣν καὶ
χοντά τε za
θεν προαιγο
torio illo. de
in introitum
habebant, pa
ne alibi frum
tea enim nau
frumenta sua
Quo loco Th
fore existimo
occupaverit,
pertineat.

Haec d
Themistoclis
tur, neque in
memorantur.
tum semper
Piraeum et M
nim. Athen. p
cit Phalerum
habet rationer
urbis portuar
Πειραιῶς ἐν
βολος, quo l
sane fieri pos
postquam de
Phalero cogit
bus tribusve n
tur, primum

1) De ca
Dion. Hal. Hist
2) Illud
quot inspexi, p
ποδομήσαν v. l
ju, daß die Vie
apud Osiandrum

εἰς ἣν καὶ τὸν οἶτον ἠνάγκαζον πάντας τὸν ὑπάρ-
 χοντά τε καὶ τὸν ἐπιπλέοντα ἐξαιρεῖσθαι καὶ ἐντεῦ-
 θεν προαιροῦντας πωλεῖν. Postquam igitur in promon-
 torio illo, de quo constat, castellum ¹⁾ extruxerunt, unde
 in introitum dominantur, porticus, quam proximam
 habebant, partem aliquam muro praecluserunt ²⁾ ea lege,
 ne alibi frumenta convehere atque exponere liceret; an-
 tea enim nautae et mercatores sibi quisque locum, ubi
 frumenta sua venundarent, in tota porticu elegerant.
 Quo loco Thucydideo bene intellecto jam nemini dubium
 fore existimo, quin Zea illam occidentalem Piraei partem
 occupaverit, quae ab Eetionea usque ad Veneris portum
 pertineat.

Haec de Piraei portibus. Portu Phalerico post
 Themistoclis tempora Athenienses vix usi fuisse perhiben-
 tur, neque in titulis Rossianis ullae navium stationes illic
 memorantur. At hoc certissimum est, Phalerensem por-
 tum semper iisdem munimentis inclusum fuisse, quibus
 Piraeum et Munychiam. Quod enim Muellerus (de mu-
 nim. Athen. p. 7.) Thucydidis verbis aperte significari di-
 cit Phalerum extra munimenta Themistoclea fuisse, hanc
 habet rationem, quia in II libri cp. 13, ubi de custodiendis
 urbis portuumque moenibus dicit, his verbis utitur τοῦ
 Πειραιῶς ξὺν Μουνυχίᾳ ἐξήκοντα σταδίων ὁ ἅπας περι-
 βολος, quo loco si de peninsula exteriori sermo esset,
 sane fieri posset, ut Phalerus exclusus esse videretur; nunc
 postquam de Munychia arce exploratum est, de excluso
 Phalero cogitari nequit, atque quodcumque quis de duo-
 bus tribusve muris judicaverit, illud ipse Thucydides testa-
 tur, primum τὸ Φαληρόνδε καὶ τὸ εἰς τὸν Πειραιᾶ, de-

1) De castello CCCC virorum cf. Krugeri comment. VII. ad
 Dion. Hal. Histor. p. 383.

2) Illud διωκοδόμησαν in omnibus versionibus, quot-
 quot inspexi, perperam intellectum vidi, quasi idem esset atque
 ὠκοδόμησαν v. Leak. top. Ath. Germ. p. 343. Thucydides fügt hin-
 zu, daß die Vierhundert eine große Stoa bauten. Eadem fere
 apud Osiandrum.

ducta esse; tertius murus si additus est, inter utrumque medium, ad Piraeum magis quam ad Phalerum pertinebat. De universa munimentorum ratione ad tabulam topographicam legentes delegamus, unde apparet, meridionalem murum ipsum portum Phalerensem non tetigisse, sed Munychiae partem Phalero proxime imminentem, unde communi moenium ambitu portus omnes, qui subjacebant, comprehendebantur.

Neque vero desunt certissima vestigia, quibus Phalerum eadem aetate atque eadem arte cum ceteris portibus munitum fuisse probetur. Maxime in ipso portus introitu immensa sunt molium fundamenta; ad laevam vero ineuntis castellum portui imminet, parvum quidem, sed natura atque arte firmissimum; quam operam in portu muniendo non collocassent Athenienses, nisi eo quoque praeter ceteros majores usuri erant. Ceterum in toto illo sinu maritimo, quem ab ortu efficit Colias promontorium, ab occasu Munychia, naves satis tutam stationem habent. Illic ante pugnam Salaminiam Persarum classis constituta, naves auxiliares, ex Aegeo mari aventuras, exspectabat cf. Herod. VIII. 67, unde totum illum sinum τὸ Φάληρον dictum esse efficitur ¹⁾.

Jam superesset, ut de urbe Piraeo disputaremus ita ut de architecto ei condendae praefecto, de tempore atque ratione conditae, de antiquitatis denique vestigiis etiamnunc conservatis diceremus et antiquum emporium mente atque cogitatione inde quasi denuo extruere conaremur. Sed hoc ipsum, quod ultimum posui, in alium locum differre satius duxi, propterea quod nunc maxime, novam urbem exaedificantes, in antiqua

1) Nominis varietatem hanc adscribo

ὁ Φάληρος Paus. VIII.

ὁ ἐπὶ Φαλήρω Paus.

τὸ Φάληρον Paus.

Φαλαροῦ Xen. Hipp. τὰ Φάληρα. Steph. B.

τὰ Φάλαρα portus Lamiae St. Byz. s. v.

pervestigat
diem fore s
conjectura a
sit. Priora
turo materi
ceptionem
addenda su
podamia pe
est ²⁾. Qu
primum qui
telem ceter
et architect
podamus n
rat, alteru
arbitror.
V. C. prot
ipsis verbis
quam verior
nisset, pat
eundem Hi
phanem l.
conscriptum
ne ejusdem
tur; alium
ἐν Πειραιέ
μοσίαν ἐν
mentionem
πρώτος ἀν
et quae de v
quis de Hip
rit, eum in
vero quasi
raeum conc

1) Disp
Marburgi 184
2) Equi

pervestiganda et perscrutanda versantur; quare propediem fore spero, ut de multis rebus, quae nunc incerta conjectura assequenda sint, certis indiciis dijudicari possit. Priora autem illa, quamquam uberrimam disputatio materiam praebent, a viris doctis saepius in disceptationem vocata esse video, quam ut tironi multa addenda supersint; nuperrime autem tota quaestio Hippodamia peculiari libro ab Hermanno V. C. pertractata est ²⁾. Quare sufficere hanc rem paucis attigisse. Ac primum quidem, quum praeter ea, quae apud Aristotelem ceterosque scriptores de Hippodamo philosopho et architecto leguntur, etiam apud Aristophanem Hippodamus nescio quis, Archeptolemi pater, occurrat, alterum ab altero omnino distinguendum esse arbitror. Quaecunque enim hac in re contra Meierum V. C. protulit Hermannus, sicut ipse V. C. tantum non ipsis verbis confitetur (pag. 18.), subtiliora illa sunt, quam veriora. Neque profecto cuiquam in mentem venisset, patrem Archeptolemi atque philosophum Milesium eundem Hippodamum fuisse, nisi scholiasta ad Aristophanem l. l. praeivisset. Sed scholium illud miserrime conscriptum, non dignum est, quod tanti fiat. Mihi ne ejusdem quidem scriptoris totum scholium esse videtur; alium enim prima illa scripsisse suspicor *οὗτος ἐν Πειραιεὶ κατοῦκει καὶ οἰκίαν εἶχεν, ἣν ἀνῆκε δημοσίαν εἶναι*, alium deinde, quum Hippodami et Piraei mentionem factam animadvertisset, haec inseruisse καὶ πρῶτος αὐτὸς τὸν Πειραιᾶ κατὰ τὰ Μηδικὰ συνήγαγεν et quae de variis architecti cognominibus sequuntur. Nam quis de Hippodamo Milesio dicens, priore loco retulerit, eum in Piraeo habitare domumque possidere, deinde vero quasi in transitu addiderit, ab eodem totum Piraeum conditum atque constitutum esse!

1) Disputatio de Hippodamo Milesio scr. C. Fr. Hermann. Marburgi 1841.

2) Equitt. v. 327.

Jam quum tres urbes dicant Hippodamum designasse, Piraeum, Thurios, Rhodum, de primo ne dubitemus, vetat optimorum scriptorum auctoritas, inter quos ipse Stagirita; vetat fori Piraeensis nomen a conditore deductum. De Thuriis minus constat. Sed quum inter colonos ille fuisse dicatur novamque urbem omnino secundum ejus rationem ac disciplinam exstructam fuisse ex Diodoro pateat (lib. XII, 4 cf. Muell. Dor. II. p. 255) nihil probabilius est. Rhodum denique ab Hippodamo designatam esse, unus Strabo tradidit lib. XIV. cp. II. p. 197; id quod nuper in dubium vocatum est. Rhodiorum enim urbem Ol. XCIII. (cf. Diod. XIII. Meurs. Rhod. I. p. 705) ab eodem condituisse negant, qui Piraeum, a Themistocle communitum, c. Ol. LXXV. 4. designasset. Sed exstiterunt Straboniana auctoritatis vindices Muellerus et post eum Hermannus, qui munimenta quidem portuum a Themistocle exstructa, sed ipsum oppidum Periclea aetate secundum Milesii praecepta conditum esse voluerunt; quod si eadem fere aetate, qua colonia Thurios deducta est, c. Ol. LXXXIII, IV, factum esse ponimus, minus verendum est, ne idem architectus senex decrepitus Rhodum condidisse videatur.

Hucusque ex Muelleri sententia disputavi. Sed si fas est, ab ejus auctoritate discedere, equidem mihi persuadere non possum, IX Olympiadibus post munitum Piraeum ipsam urbem conditam esse. Quamquam enim certi aliquid hac in re vix effici probe scio, multis tamen rationibus probatur, postquam portus muris cincti fuerint, emporio Atheniensium laetissime efflorescente, magnam undique multitudinem illuc habitatum confluisse ac priscorum Piraeensium numerum (erat enim *δῆμος ἐκ παλαιοῦ* Paus. I. 1.) mox ita auctum esse, ut Pericle rempublicam capessente, fere XL annis interjectis, satis magna urbs ad radices Munychiae arcis exstaret; quam omnem destructam et

omnino ad
tam esse ha
me Athenien
fecto adorna
ut Athenae
μοτομημένον
post exstru
portuum acc
cure et opp
oppidum se
et rite cons
derant, in
exemplum.
niendi et i
Hippodamun
nemo dubit
oecon. Ath.
videretur; q
podami aeta
diam laudem
addito ὡς q
runt, rem
unde certiu
quam facile
urbes imital
doctrinae a
stremo ider
psimus, quo
τὰ Μηδικὰ
dicit εὐδὺς

omnino ad novam quandam rationem denuo aedificatam esse haud crediderim; quod si in republica, maxime Atheniensium, omnino fieri potuisset, Pericles profecto adornandae urbis studiosissimus, non commisisset, ut Athenae ipsae, sicut conditae erant, *καρῶς ἐξῆναι* *μοτομημέναι* manerent. (Dicaearch. B. E. init.) At post exstructa moenia quum praeter locum a priscis portuum accolis inhabitatum, spatium satis magnum secure et opportune habitaturis pateret, tum tempus erat, oppidum secundum novam illam disciplinam condendi et rite constituendi, ut quod ipsis Athenis sero intenderant, in emporio existeret quoddam perfectae urbis exemplum. Huic igitur operi Piraei et extrinsecus muniendi et intus designandi sub Themistoclis auspiciis Hippodamum praefuisse arbitror. Qua de re omnino nemo dubitaret, (sicut non dubitavit Boeckh. V. C. oecon. Ath. I. 70.) nisi Strabonis auctoritas labefactari videretur; quod ne fieret, Muellerus et Hermannus Hippodami aetatem a Themistocle sejungere, quam Rhodiam laudem illi praeripere maluerunt. At ipse Strabo addito *ὡς φασιν*, quod nescio quomodo nimis neglexerunt, rem satis exploratam esse negat. Alius locus, unde certius aliquid efficiatur, non invenitur. Deinde quam facile fieri poterat, ut quod alias Hippodamias urbes imitabatur, Rhodiorum oppidum, ab ipso hujus doctrinae auctore conditum postea perhiberetur. Postremo idem scholion afferri licet, quod supra adscriptissimus, quo disertis verbis Hippodamus Piraeum *κατὰ τὰ Μηδικὰ* condidisse dicitur; id quod Thucydides dicit *εὐθὺς μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν*.

Excursus ad Thuc. I. 93.

De tribus portibus Themistocleis.

„Ἐπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν, νομίζων τὸ χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφρεῖς.

Haec verba, quantum scio, omnes ¹⁾ ita interpretati sunt, ut de Piraeo portu tripartito et propterea ceteris praefereudo intelligenda esse dicerent. Sed quum ex iis, quae supra exposuimus, Themistoclem tres portus moenibus cohibuisse omnesque eadem arte atque industria munivisse appareat, nonne mirum est, Munychii portus ab eodem constituti nulla mentione facta, solius Piraei conditorem illum ferri atque celebrari? Nisi omnia me fallunt, res ita se habet. Nomen Piraei secundum ea, quae antea demonstravimus, latius patet neque solum, quae proxime portui cognomini adjacent, ita vocabantur, sed tota peninsula, paludibus a reliqua planitie sejuncta ²⁾. Aliter enim dici non posset ὁ Πειραιεύς ἐνησίαζε πρότερον. Neque est alia nominis vis apud Thucydidem, de universis portuum munimentis agentem: ἔπεισε τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ οἰκοδομεῖν. quodsi pergit: νομίζων τὸ χωρίον etc. illud χωρίον, quod dicit, haud dubie de eadem peninsula Piraica intelligi, vult atque tres illi portus, quos constituendos curat Themistocles, sunt Phalerus, Munychia, Piraeus, prohi illi et soli λιμένες αὐτοφρεῖς.

At dixerit aliquis, Phalerum, quod antiquum Atheniensium navale fuit, unde Theseus et Menestheus naves solverunt, quomodo a Themistocle constitutum esse dicitur? Cui loco sic occurro, ut inter portum et sinum Phalericum distingui jubeam; illum Themistocles constituit, hoc Athenienses antiquitus usi, eodem au-

1) Poppo ad Thuc. I 1 comment. p. 483: de Phalero et Munychia male cogitant Hier. Muller et Dukas.

2) Assentiente Leakio p. 338. 1.

ctore, postea abstinuerunt. Quod ne cui temere dixisse videar, verba Pausaniae adscribam, quae dixi, egregie confirmantis: *ὁ Πειραιεύς - - - ἐπίνειον οὐκ ἦν, Φάληρον δὲ, ταύτη γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἢ Θάλασσα, τοῦτό σφισιν ἐπίνειον ἦν.* Portus enim Phalericus vix propius ab urbe distat, immo propter altiora, quibus cingitur, saxa aliquanto difficilior aditu est, quam ipse Piraeus; sinus autem, a Piraeo usque ad Coliadem pertinens, aliquot stadiis urbem propius appetit. Illud quidem, quod Pausanias (Arcad. X. 4.) tantum XX stadiis distare dicit, parum dixisse videtur; Leakius XXVI ponit (topogr. p. 336. not. 1.) neque vero quidquam probabilius est, quam mare illic se interius quondam insinuasse. Pausanias locorum naturam accuratissime describere pergit *τοῖς γοῦν πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεύς ἐφαίνετο προξεῖσθαι;* quae verba, si tabulam inspexeris, intelliges, quam bene dicta sint; peninsula enim Piraica longius in mare porrecta, meliores illi Themistoclis portus efficiuntur. Jam quae sequuntur, non ad portum, sed ad eandem peninsulam Piraei referenda esse apparet: *καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ Φαληροῦ;* quo loco plane mirum esset, si majoribus portibus omisis, de Cantharo, Zea, Aphrodisio loqueretur, Pausanias postquam universe de portibus dixit, ad singulos pergens, primum affert *τὸν μέγιστον λιμένα,* haud dubie Piraeum portum, ipso nomine propter ambiguitatem omisso; deinde *ὁ ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν* (§. 4.), postremo *ὁ ἐπὶ Φαλήρῳ* describitur.

Quod autem Thucydidis et ceterorum scriptorum, qui ex illo hauserunt, verba ad solum Piraeum portum retulerunt interpretes, eius causae sunt duae; neque enim nominis Piraei ambiguitatem bene intellectam habebant, et Piraeus portus et ipse tripartitus eos fefellit. At hoc certum est, interiores illas portus sinus, ad discernenda varia navium et negotiorum genera

aptissimos, τρεῖς αὐτοφνεῖς λιμένας minus bene dici; neque enim per se quisque portus erat, neque natura magis, quam arte constituti esse videntur.

Commentationi subjungam titulum Atticum ad res navales et ipsum pertinentem, quem superiore anno circa propylaea repertum, illic transcripsi ¹⁾

E O

ΕΠΙ ΝΙΚΟΚΛΕΟΥΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΗΣ ΑΙ ΑΝΤΙΔΟΣ ΔΩΔ
 ΕΚ ΑΤΗΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΕΙ ΝΙΚΩΝ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΠΛΩΘΕΥΣ.
 ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕ Ν Σ Κ Ι Ρ Ο Φ Ο Ρ Ι Ω Ν Ο Σ Λ Ε Κ Α Τ Ε Ι Υ Σ Τ Ε Ρ Α Ι .
 . Α Ι Κ Α Ι Ε Ι Κ Ο Σ Τ Ε Ι Τ Η Σ Π Ρ Υ Τ Α Ν Ε Ι Α Σ Ε Κ Κ Α Η Σ Ι Α Τ Ω Ν Η
 5 Ρ Ο Ε Λ Ρ Ω Ν Ε Π Ε Ψ Η Φ Ι Ζ Ε Ν Ε Π Ι Κ Ρ Α Τ Η Σ Δ Ι Ο Κ Λ Ε Ο Υ Σ Α Χ Α Ρ
 Ν Ε Υ Σ Κ Α Ι Σ Υ Ν Π Ρ Ο Ε Λ Ρ Ο Ι Ε Λ Ο Ξ Ε Ν Τ Ε Ι Β Ο Υ Δ Ε Ι Κ Α Ι Τ Ω Ι
 Δ Η Μ Ω Ι Ε Υ Φ Ι Λ Η Τ Ο Σ Α Ρ Ι Σ Τ Ε Ι Δ Ο Υ Κ Η Φ Ι Σ Ι Ε Υ Σ Ε Ι Π Ε Ν .
 . Ε Ι Λ Η Ν Ι Κ Α Ν Δ Ρ Ο Σ Α Ν Τ Ι Φ Α Ν Ο Υ Σ Ι Δ Ι Ε Υ Σ Κ Α Ι Π Ο Λ Υ Ζ .
 . Ο Σ Α Π Ο Λ Λ Ο Φ Α Ν Ο Υ Σ Ε Φ Ε Σ Ι Ο Σ Δ Ι Α Τ Ε Τ Ε Λ Ε Κ Α Σ Ι Ν Ε Ν .
 10 Α Ν Τ Ι Τ Ω Ι Κ Α Ι Ρ Ω Ι Ε Υ Ν Ο Υ Σ Ο Ν Τ Ε Σ Τ Ω Ι Δ Η Μ Ω Ι Τ Ω Ι Α Θ Η .
 Δ Ι Ω Ν Κ Α Ι Κ Α Τ Ο Ι Κ Ο Υ Ν Τ Ε Σ Α Θ Η Ν Η Σ Ι Ν Ε Ι Σ Π Ο Λ Λ Α Τ Ω Ι .
 . Μ Φ Ε Ρ Ο Ν Τ Ω Ν Τ Ω Ι Δ Η Μ Ω Ι Χ Ρ Η Σ Ι Μ Ο Ι Γ Ε Γ Ο Ν Α Σ Ι Ν Ε Ι Σ Τ
 . Τ Η Ν Ο Ι Κ Ο Λ Ο Μ Ι Α Ν Τ Ω Ν Ν Ε Ι Σ Ο Ι Κ Ω Ν Κ Α Ι Τ Η Σ Σ Κ Ε Υ Θ Θ Η
 . Η Σ Ε Ι Σ Φ Ε Ρ Ο Ν Τ Ε Σ Τ Α Σ Ε Ι Σ Φ Ο Ρ Α Σ Κ Α Θ Ε Κ Α Σ Τ Ο Ν Τ Ο Ν Ε
 15 . Ι Α Υ Τ Ω Ν Τ Α Σ Ε Ι Σ Τ Α Δ Ε Κ Α Τ Α Λ Α Ν Τ Α Κ Α Λ Ω Σ Κ Α Ι Π Ρ Ο Θ Υ
 . Ω Σ Α Π Ο Θ Ε Μ Ι Σ Τ Ο Κ Λ Ε Ο Υ Σ Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Σ Μ Ε Χ Ρ Ι Κ Η Φ Ι Σ Ο .
 . . Ο Υ Κ Α Ι Ε Π Ι Τ Ο Υ Ε Λ Λ Η Ν Ι Κ Ο Υ Π Ο Λ Ε Μ Ο Υ Ε Ι Σ Τ Α Σ Ν Α Υ .
 . . . Μ Ε Τ Ε Υ Ε . . . Ν Ο Σ Ε Κ Π Λ Ε Υ Σ Α Σ Α Σ Ε Ι Σ Τ Ε Τ Η Ν Π Ρ Ο Τ .
 Σ Ι Ν Κ Α Λ Ω Σ Κ Α Ι Φ Ι Λ Ο Τ Ι Μ Ω Σ Σ Υ Ν Ε Π Ε Μ Ε Λ Η Θ Η Σ
 20 Δ Ν Ε Κ Π Λ Ε Υ Σ Ω Σ Ι Ν Κ Α Ι Π Α Λ Ι Ν Α Π Ο Τ Η Σ . . Υ Μ . . .
 Π Λ Ε Υ Σ Ω Σ Ι Ν
 Α Ι Α Ν

Marmor aëtomate ornatum est; in cymatio leguntur literae E O valde detritae, ut vix decernere possis, utrum explendae sint *Επικουρίοις Θεοῖς* an *ΘΕΟΙΣ* vel *ΘΕΟΙ* (cf. de his apprecandi formulis in fronte ti-

1) Eundem nunc video in diurnis archaeologicis, quae Athenis prodeunt, expressum Φυλλ. 17. ubi vs. 8 ΝΙΚΑΝΩΡΟΣ vs. 13. ΟΙΚΟΝΟΜΙΑ legitur.

tulorum app
 Formae litte
 Ζ, Ξ, Η, Ψ, ε
 bus rectis lin
 simum Ξ in
 tiqua literatu
 Ol. 145; t.
 factum vide
 ΗΡΟ pro Η
 aliter explica
 pro ΝΕΩΣ
 alio loco (C
 σαν. Omn
 ΕΥΝΟΥΣΟ
 et 36. Math
 est; in om
 merus. Nunc
 'Επί Ν
 δωδεκάτης
 θεῖς [ἐ]γο
 ρα' [μ]ῆ
 τῶν προσέ
 'Αχαρνέας κα
 δήμω· Εὐφ
 εἰδή Νίκαν
 'Απολλογέν
 καιροῦ εὐνο
 τοιζοῦντες
 τῶ δήμω κα
 τῶν νεωσοί
 εἰσφορὰς κα
 δέκα τάλαν
 κλέους ἀρχο
 ἑλληνικοῦ π
 νος ἐκπλευσ
 λῶς καὶ φιλ

tulorum appositis Franzii elem. epigr. Gr. pag. 318).
 Formae litterarum non omnes accurate exprimi potuerunt.
Z, Ξ, Π, Ψ, eadem sunt, quales ap. Fr. l. l. p. 149. **Φ**, dua-
 bus rectis lineis conformatum, prope accedit ad vetustis-
 simum **Ξ** in t. Petil. p. 62. **E** in dativis sing. fem. ex an-
 tiqua literatura diutissime obtinuit; cf. B. I. Gr. t. 122. post
 Ol. 145; t. 124 post Ol. 152. scriptum. Errore lapicidae
 factum videtur, ut vs. 14. **TON** pro **TΩN** et vs. 18.
ΠΡΟ pro **ΠΡΩ** legatur (sicut C. I. Gr. 147.) Neque
 aliter explicandae sunt insolentiores formae **ΝΕΙΣΟΙΚΟΙ**
 pro **ΝΕΩΣΟΙΚΟΙ** et **ΕΠΕΨΗΦΙΖΕΝ** pro aoristo; sic
 alio loco (C. I. Gr. 160) aor. pro impf. est **ἐγραμμάτευ-**
σαν. Omnino memorabile est, quod vs. 10. legitur
ΕΥΝΟΥΣΟΝΤΕΣ. cf. Buttm. Gramm. Gr. I. p. 233
 et 36. Math. I. p. 196. Titulus non ad amussin scriptus
 est; in omnibus tamen versibus par est litterarum nu-
 merus. Nunc accipe eundem, quantum potui, restitutum:

Ἐπὶ Νικοκλέους ἀρχοντος ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος
 δωδεκάτης προτανείας, ἣ Νίκων Θεοδώρου Πλω-
 θεὺς [ἐ]γραμμάτευεν. Σμυροφοριῶνος δεκάτη ὑστέ-
 ρα. [μ]ᾶ καὶ εἰκοστῇ τῆς προτανείας. ἐκκλησίᾳ
 τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Ἐπικράτης Διοκλέους
 Ἀχαρνεὺς καὶ συμπρόεδροι. ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ
 δήμῳ. Εὐφίλητος Ἀριστείδου Κηφισιεύς εἶπεν. [ἐπ]
 εἰδὴ Νικάνδρος Ἀντιφάνους Ἰλιεύς καὶ Πολύ[ζη]λος
 Ἀπολλοφάνους Ἐφέσιος διατετελέκασιν ἐν [π]αντὶ τῷ
 καιρῷ εὐνοὺς ὄντες τῷ δήμῳ τῷ Ἀθη[ν]αίων καὶ κα-
 τοικοῦντες Ἀθήνησιν εἰς πολλὰ τῶ[ν] συμφερόντων
 τῷ δήμῳ χρήσιμοι γεγονάσιν εἰς τ[ε] τὴν οἰκοδομίαν
 τῶν νεωσοίκων καὶ τῆς σκευοθ[ήκ]ης, εἰσφέροντες τὰς
 εἰσφορὰς καθ' ἕκαστον τῶν ἐ[ν]ιαυτῶν τὰς εἰς τὰ
 δέκα τάλαντα καλῶς καὶ προθύ[μ]ως ἀπὸ Θεμιστο-
 κλέους ἀρχοντος μέχρι Κηφισο[δώ]ρου καὶ ἐπὶ τοῦ
 ἑλληνικοῦ πολέμου εἰς τὰς ναῦ[ς] τὰς μετ' Εὐε[τίω]
 νος ἐκπλευσάσας εἰς τε τὴν πρώτ[ην] ἔνστα[σιν] κα-
 λῶς καὶ φιλοτίμως συνεπεμελήθη[σαν] ὅπως ἂν ἐκ-

πλεύσῳσι καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς [να]νμ[αχίας ἐπανα]
πλεύσῳσι — —

Nicocles est archon eponymus Ol. 119, 3, non
ιερεὺς τῶν Σωτήρων; unde patet legem illam in ho-
norem Demetrii Poliorcetæ, de qua Plutarchus in vita
Demosthenis C. X. retulit (τὸν ἐπώνυμον καὶ πατριον
ἀρχοντα καταπαύσαντες, ἱερέα τῶν Σωτήρων ἐχειρο-
τόνον καὶ ἕκαστὸν ἐνιαυτὸν καὶ τοῦτον ἐπὶ τῶν
ψηφισμάτων καὶ τῶν συμβολαίων προέγραφον) ro-
gatam quidem, sed nescio quomodo effectum caruisse esse,
sicut etiam Dion. Hal. de Dinarcho cap. IX hujus
anni et sequentium eponymos archontes afferre pergit.
Cf. C. Fr. Hermannii comp. ant. Gr. §. 175, 7. C. I.
Gr. p. 153. Droysen hist. succ. Alex. p. 439. De-
cretum est Atheniensium in honorem Nicandri Iliensis
et Polyzeli Ephesii, quod per XXV annos a Themis-
tocele archonte usque ad Cephisodorum (Ol. 108, 2
— 114, 2.) Athenis habitantes, de rebus Atheniensium
maritimis varie meruerunt. Vs. 1. Aeantidem duode-
cimo loco positam vides; cuius rei aliud exemplum non
novi. Vs. 2. Nicon, Theodori filius, Plothensis idem
esse videtur, cuius nomen exstat in senatus decreto
B. C. I. Gr. 115. In sequentibus menses et pryta-
niae congruere debent (sicut C. I. 112. 113. 123.
124. cf. B. Oec. Ath. I. p. 259.) et congruunt, si
insolentioris diei designationem recte intellexeris. Huc
enim pertinent, quae leguntur in lex. rhet. 281, 3. εἶτα
εἰκάς· εἶτα μία καὶ εἰκάς· ὑστέρῳ δεκάτῃ. Phot. s.
v. ὑστέρῳ δεκάτῃ· ἢ ἐξ εἰκάδος ἡμέρα καλεῖται ὑπὸ
τῶν Ἀττικῶν, ἣν ἡμεῖς πρώτην καὶ εἰκάδα καλοῦ-
μεν. Eadem in append. Phot. Habemus igitur men-
sis diem XXI (neque enim puto, ordine numeralium
inverso, sensum mutari) eundemque diem pryta-
niae, dummodo mecum legas μιᾶ καὶ εἰκοστῇ; aliter enim
lacuna Vs. 3 et 4 expleri nequit. Cf. Senatusconsul-
tum ex Ol. 92, 2. ap. auct. Vitt. X. Oratt. p. 225.

ed. Tub.
ταυρίας.
tum est e C
dri h. l. sun
apparet nec
συμπρόδο
dicitur. v.
ζη ut in ti
opus, quod
cf. Boeckh.
dum, si r
lentorum e
Προταγγέ
Thuc. VII
XVII, a.
expleri, q
tur, pro su

ed. Tub. ἔδοξε τῇ βουλῇ, μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῆς προ-
 τανείας. Vs. 4. ἐκκλησία primo casu absolute poni no-
 tum est e C. I. Gr. 105, 112, 113, 123. Vs. 5. proe-
 dri h. l. sunt non contribules, id quod ex pago Epicratis
 apparet neque alius hujus aetatis mos est. Vs. 6. καὶ
 συμπρόεδροι in vetustioribus titulis omnibus sine articulo
 dicitur. v. Fr. elem. ep. Gr. p. 182. Vs. 13. σκενοθή-
 κη ut in titt. nav. Rossianis est celeberrimum Philonis
 opus, quod probabiliter circa Ol. 112, 3. absolutum est.
 cf. Boeckh. Urkunden des Att. Seew. p. 71. Ad perficien-
 dum, si recte intelligo, annum tributum denorum ta-
 lentorum et cives et inquilini solvebant. Vs. 18. *Εὐετίων*
Πυθαγγέλου Κηφισιεύς C. I. Gr. n. 651. ubi citatur
 Thuc. VII, 9.; idem nomen nunc habemus in titt. nav.
 XVII, a. 11. Vs. 19 et 20 e conjectura Franzii V. C.
 explevi, quam quum de hoc fragmento a me consulere-
 tur, pro sua humanitate mecum communicavit.

Explicatio tabulae geographicae.

M. Munychia arx.

- a) Ostium subterranei operis.
- b) Τὸ Μουνυχίασι Θέατρον sive τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν Θέατρον; cui stadium subjectum fuisse videtur.
- c) Vestigia plateae ex inferioribus partibus in Munychiam ascendentis.
- d) Vallis circi formam reddens, probabiliter antiquus Athenarum hippodromus in pago Echelidarum cf. Steph. s. v. Ἐχ.
- e) Murus quadratus circumductus, nescio cui rei destinatus.
- f) Theatrum Piraei; apud Leakium hoc Munychium, alterum Piraeense dictum est. top. p. 348. Hoc theatrum supereminent fundamenta templi, cujus columnae non striatae humi jacent. Plane mirum est etiam nunc reperiri, qui duo in his locis theatra ut fuerint, concedere nolint. v. Encycl. Halensis tom. XV. s. v. Piraeus. pag. 8. not. 67.

Cetera quae adnotanda erant, in ipsa tabula adscribere satius duxi. Antiquas Piraei vias hic illic notavi, quas jam nunc apparet et propediem melius apparebit, omnino rectis angulis et ad amussim factas fuisse; qua de re Rossius rectissime contra Klenzium monuit (*Reisen und Reiserouten* pag. 165.) cf. Herm. de Hippodamo Milesio p. 48. Septentrionalis murus (τὸ βόρειον τεῖχος) quo loco munimenta Piraei attigerit, accurate indicari nequit; haec enim omnia inde a Sullanis temporibus collapsa, nunc magnam partem evanuerunt. De muro Phalerico ex certioribus vestigiis judicatur. Tertii muri inter utrumque medii nulla sunt indicia, qui si unquam fuit — id quod post accuratam loci Thucydidei explicationem a Muellero propositam (Leak. top. p. 467. De mun. Ath.) non ambigi potest — cum ipsa crepidine totus latericius fuisse videtur.


Peninsula Piraica cum portibus subjectis.



75
42

La
la S
n'a
on
sac
2,71
huit
trois
M. F
qui
l'éta
le M
L
moi
chi
inte
les
épa
voi
la d
men
post
« q
van
t-il
Dém
la fa
L
imm

- 1) L
- VIII (
- 2) I
- 3) F
- 4) S
- 5) V



ST. 30

TRACTS

55

TOPOGRAPHY

&c.



Digital ColorChecker® SG



gmb
GRETAGMACBETH

0 1 2 3 4 5 6 mm